

**05**

**A**

**1218**





I. N. J. 6.  
ANNOTATA ANTI-GROTIANA  
A D  
**MATTHÆUM,**

CAPITIS QVINTI PERICOPAM PRIMAM,

à. Vers. 1. ad Vers. 21.

CONCERNENTIA,

DE QVIBUS

PRÆSIDE *Paul.*

VIRO

*Summè Reverendo, Magnifico & Excellentissimo*

**DN. ABRAHAMO CALOVIO,**

SS. Theol. Doctore, ejusdemq; Prof. Publ. celeberrimo,

Ecclesiæ Witteberg. Pastore vigilantissimo, Consistorii Adfessore  
gravissimo, Circuliq; Electoral. Saxon. Superintendente Generali  
meritissimo,

DN. PATRONO ac PROMOTORE ætatem venerando.

RESPONDENTE

**M. JOHANNÉ NICOLAO JACOBI,**

Vocato Pastore & Superintendente

Gomerano.

Publica *συμφιλολογία* instituetur

Ad D. XIII. Augusti, ANNO M. DC. LXIIX.

*horis matutinis,*

IN ACROATERIO MAJORI.

---

WITTEBERGÆ,

PRÆLO JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.

10  
A. 11



05 A 1278



ANNOTATA ANTI-GROTIANA  
 AD MATTHÆUM,  
 CAPVT V.

V. 3. οἱ πτωχοὶ πνεύματι.

**C**um due à veteribus afferri soleant horum verborum expli-  
 cationes, quarum altera ad tenuitatem facultatum, altera  
 ad animi demissionem pertineat, cur priorem preferendam  
 existimem has habeo causas: primum quod Lucas simplici-  
 ter scribat *μακάριοι οἱ πτωχοὶ* Luc. VI. 20. eiusq; opponat divites,  
 non addit à spiritus voce: deinde quod *πτωχοὶ* illo altero significatu,  
 vix existimem reperiri. Beatos ergò pauperes Christus pronunci-  
 at, eodem sensu quo *ludentes* commate sequenti, quia plerumque  
 res opime & secunda fomenta sunt vitiorum. Sic alibi dixit, vix e-  
 venire ut dives in regnum cœlestè perveniat XLIX. 23. Cui convenit  
 illud Pauli: considerate vocationem vestram fratres: non multi,  
 potentes, non multi nobiles I. Cor. I. 26. Et Jacobi: Nonne elegit,  
 Deus pauperes mundi hujus divites in fide? II, 5. Satis quippe est,  
 ad veritatem pronuntiati moralis ut valeat *ἵπὶ τὸ πολὺ: neq; τὰ κερ-  
 βὲς* ultra exigendum est quàm rei fert natura, ut est apud Aristotelem,  
 in initio ad Nicomachum.)

Pronunciata hæc pro merè moralibus habere videtur Gro-  
 tius, ideoq; è Scriptoribus gentilibus eadem illustrat. At Chri-  
 stus hic non moralium Doctorem agit cum Beatitudinem explicat;  
 sed Evangelicæ beatitudinis veram rationem tradit. Non qua-  
 les, quoad fortune, ut vocantur, dona, sint, quos Deus elegit, vel  
 vocavit, divites, an pauperes, exponit, sed quinam veræ beati-  
 tudinis participes sint, & quæ eorum sint *ωρεσκέιμενα*, nos eru-  
 dit. Lucæ ergò simplex *τῶν πτωχῶν* denominatio ex hæc Mat-  
 thæi *ωρεσθήκη* explicanda, quod οἱ πτωχοὶ πνεύματι intelligan-  
 tur. Si modo eadem sit concio, quæ apud Lucam describitur.  
 Priores quatuor aphorismi ad fidem quasi antecendentia, vel ad  
 pœnitentiam; posteriores ad consequentia fidei faciunt.

A

Primus re beatorū

DISPUT.  
 PUBLICA,  
 RESPOND.  
 M. JOHAN-  
 NE NICO-  
 LAO JACO-  
 BI, DESI-  
 GNATO  
 PASTORE  
 ET SUPE-  
 RINTEN-  
 DENTE  
 GOMERA-  
 NO.

Textus  
 Grotij.

Elenchus.  
 An hic me-  
 re moralia  
 tradantur?

De gradi-  
 bus vel re-  
 quisitis ve-  
 re beatorū

ANNOTATA

Primus gradus pœnitentium exhibetur non immeritò in  
 πτωχοῖς πνεύματι. Nam pauperes spiritu nos esse oportet, h. e.  
 agnoscere nostram spiritualem paupertatem: hæc enim dicuntur  
 Qui pau- qui oad αἰθροῖν ἔ sensum spiritualem. Nisi sentiamus nostram  
 peres Spi- paupertatem spiritualem, divitias veras non desiderabimus, neq;  
 ritu? æstimabimus. Quia tu dicis: quod dives sum ἔ locupletatus ἔ  
 nullius egens, ἔ nescis, quod tu es miser, ἔ miserabilis, ἔ pauper, ἔ  
 cæcus, ἔ nudus, ἔ vadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut  
 locuples fias Ap. III. 17. 18. Rectè itaq; Spanhemius, πτωχὸς  
 πνεύματι esse, qui ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ κοπιῶντες, καὶ πεφοβισμέ-  
 νοι qui animo humili, contrito, demisso demisse de se sentiunt, pauper-  
 tatem suam spiritualem agnoscunt, deplorant, ac eam quotidie  
 gemunt sive affluent opibus, sive premantur egestate. Sic Au-  
 gustinus per pauperes Spiritu intelligit humiles ἔ timentes Deum,  
 id est, non habentes spiritum inflatum. Similiter & interpretatur  
 Hilarius ἔ Hieronymus, ut & Leo I. homil. de omnibus sanctis &  
 Gregorius M. I. XXXVI. in Job. c. XX. & è Græcis Theodoretus in  
 Rom. XII. & Chrysostom. ac Theophylact. in h. l. ille hom. XV.  
 τί ἔστιν οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ ταπεινοὶ καὶ συνταπεινωμένοι τῇ  
 Δύναμει. Hic τὴν ταπεινοφροσύνην περιγραφάται ὡς περ  
 θεμέλιον quæ prolixius utriq; illi Græci Patres exequuntur, sum-  
 ma hûc redit, quod pauperes spiritu sint, qui habent πνεῦμα συν-  
 ταπεινωμένον, καρδίᾳ ταπεινωμένην, καὶ συνταπεινωμένην. Ta-  
 lis certè hic paupertas intelligitur, cui promissio addita conve-  
 nit regni cœlorum, regni nempe gratiæ in quo veræ divitiæ di-  
 spensantur Matth. IV. 17. Marc. I. 16. 1. Cor. I. 5. Col. II. 2. Jac.  
 II. 5. 1. Tim. VI. 18. Quem sensum probat etiam B. Chemnitius  
 in harmon. Evangelic. c. LI. p. 531. Rectè etiam paupertas Spiri-  
 tus intelligitur spiritualis paupertas, de illis, qui agnitione peccato-  
 rum suorum, ἔ sensu ira Dei humiliati, de suis viribus, virtutibus ἔ  
 operibus, hoc est, de propriâ justitiâ desperant: cumq; nihil, quod ju-  
 dicio Dei opponere possint, in se inveniant, dicuntur gerere magnos  
 ἔ excelsos Spiritum. In hanc sententiam dicitur Matth. XI. 5. pau-  
 peres Evangelizantur. Et Esa. XVI. 2. Ad quem respiciam nisi ad  
 paupe-

AD MATTHÆUM

paupereulum, & contritum spiritu ac trementem sermones meos? Ps. XXXIV, 19. qui tribulati sunt corde & humiles spiritu. Paupertas igitur illa Spiritus multa complectitur, ac latè se extendit monens etiam divites, ut sint pauperes in spiritu, sicut Jacobus inquit: *Glorietur dives in humilitate suâ, Jacob. I, 10.* Neq; verò meritum collocandum in Spiritus paupertate: sed ordo tantum indicatur: quod antecedit sensus spiritualis paupertatis desiderium justitiæ veræ: ita in pœnitentiâ salutiferâ fidem salvificam antecedit vera Spiritus contritio. Grotius Papizat hîc, dum per pauperes spiritu intelligit, qui non fortunâ tantum, sed & animo sunt pauperes, & animo placido in re suâ modicâ acquiescunt, neq; divitias appetunt, quasi illis divitiæ cœlestes promissæ sint, & confert Tob. IV. 22. Addit enim observationem Papistis gratam & commodam. *Memineris, inquit, ubi uni virtuti beatitudo, aut vita æterna promittitur, id sumendum comparatè ad eos, qui tali carent virtute, eoq; minus sunt ad illa beneficia accipienda idonei, aut id eò pertinere, ut vis magna in tali virtute sita intelligatur, aliis tamen non exclusis.*

V. 4. οἱ πεντῆκοντες.

γνώμην similis superiori, quam Paulus explicat: Ἐπιπέσει inquit *Textus*  
 ὑπομονὴν κατεργάζεται & qua sequuntur Rom. V. 3. Nimirum *Grotij*  
 gaudet patientia duris: contra autem res secunda vitis sunt obtentui. Neq; frustra dictum Ἐπιπέσει μαλέα πελέυσας εὐσεβῆς ἔση &  
 Plinio Optimos esse nos dum infirmi sumus. Sed propriè hic *30*  
 lugentes intelliguntur cum sua qualitate: id est, qui mala ab hominibus *31*  
 aut à Deo inflicta patienter ferunt.) *32*

Non de malorum calamitatis aut crucis perpeffione aut tollerantiâ, sed de luctu ob mala culpa, hæc promissio sonat: Nam sequitur sensum spiritualis carentiæ ob defectum bonorum spiritualium, in verâ contritione luctus cordis afflicti, ob sensum peccatorum, siquidem non laboramus solum *33*  
 bonorum spiritualium ac paupertate spirituali, sed etiam peccatis onerati sumus, *34*  
 ceu sarcinâ gravissimâ, ob quæ delendum nobis lugendumq; est, *35*  
 exemplo Davidis Ps. VI. & XXXIIX. Atq; hic est alter gradus *36*  
 pœni *37*

ANNOTATA

pœnitentiæ planctus noster ob mala commissa, sicuti prior erat dolor ob bona amissa. Datur luctus bonus, qualis est ob peccatum sive à nobis sive ab aliis commissum, datur malus, qualis est impiorum ob interceptas voluptates, datur medius, qui ex se nec bonus nec malus est, qualis eorum est, qui rerum suarum jacturam faciunt, qui malus fit, cum immoderatus est, datur λύπη τῆς κίσμου & λύπη κατὰ θεόν distinguente Apostolo 2. Cor. VII. 10. altera miserorum & infelicium, altera beatorum est, de hac, non verò de illâ Christi γνώμη sonat, quâ beati pronunciantur, qui lugent peccata, à se commissa, λύπη κατὰ θεόν. Unde vox illa τῷ πνεύματι hic δὲ κοινῶς repeti potest. Tales sunt lugentes quos Esaias designat Evangelii concione erigendos, c. XXI. 2. quibus proinde hic promittitur ἡ δὲ κατὰ θεόν λύπη μετάνοια εἰς σωτηρίαν κατεργάζεται 2. Cor. VII. 10. Quæ illa consolatio sit, discimus Esa. XL. 1. 2. Luc. I. 47. Actor. X. 47.

V. 5. Πραεῖς

- Textus* „ Qui alios placidè ferunt & blande instituunt. Opponuntur προαί  
*Grotij.* „ eis sive προαί propriè τοῖς ὀργήλοις Arist. magn. moralium libr. I.  
 „ 23. Plato II. de republica: ἐναντία γὰρ πρὸς θυμοειδὲς πραεῖα φύσις.  
 „ κληρονομήσασιν τὴν γῆν.  
 „ Ex Ps. XXXVII, 11. Usurpant hoc verbum Hellenistæ, ut Hebræum  
 „ ὤντι exprimant, id autem non significat titulo hereditatis acquirere:  
 „ sed jure mancipij adipisci aut possidere, quia talia quæ sunt, ad here-  
 „ des transeunt. Et hoc est quod propriè Græcis dicitur κληρονομία. Op-  
 „ ρῶνι enim solet κληρονομία τῆς κρήσος ut Latinis mancipium usui. τὴν γῆν  
 „ autem dicere videtur firmas atq; constantes amicitias, quæ in terris  
 „ longè optima est possessio. Has autem comparare sibi facillimè solent  
 „ qui mihi placidoq; sunt animo: quanquam & ad alias res minores  
 „ tuendas multum valet hæc virtus. Quippe ὁ θυμὸς ut est apud Philo-  
 „ sophum φόντων ἀπὸν συμφορῶν σύμμαχον, βλάβης συνέργον  
 „ καὶ ἀτυμίας, κρημάτων ἀπώλεια, ἐν δὲ καὶ φορῶν δέχνηγόν. Ad-  
 „ de Psal. XLI. 1.)

*Elenchus.* Hæc non ex Philosopho, sed S.S. stylo explicanda erant. Non enim moralia traduntur, sed supernaturalia; nec promissi.



missiones legales sed Evangelicæ. Et quæ hæc glossa per  $\text{Ἰησοῦν υἱὸν σὺν ἁγίοις}$  firmas & constantes amicitias intelligere? Ubi uspiam in s. literis hæc vox isto significato occurrit? De terrâ novâ, quam justitia incolit 2. Pet. III. 17. de verâ  $\kappa\lambda\eta\rho\gamma\nu\omicron\mu\iota\alpha$  nobis in conditu mundi paratâ hæc accipiendâ *Matth. XXVII.* Quæ promissa illis, qui verè  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  sunt  $\pi\nu\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\iota$  & humiles spiritu. Qui tertius gradus est veræ poenitentia, rectissimè excipiens præcedentes. Nam spiritualis paupertatis sensum, & luctum ob peccata conceptum non potest non sequi ejusmodi humilitas seu humiliatio. Mansuetudinem & moderationem iræ quinto & septimo aphorismo complexus est Christus: hoc vero aphorismo de tali  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\sigma\tau\eta\tau\iota$ , quæ pravia est desiderio justitiæ, sermo est, quæ ad contritionem pertinet, & adhuc fidè antecedit, alteram poenitentia partem. Sic enim LXX. voce  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  utuntur, è quorum interpretatione *Pf. XXXVII. II.* hæc lententia est: non ut mansuetos & mites notet, sed humiles atq; afflictos Vid. *Pf. XXXIV. 3. Pf. LXXXVI. 10. Pf. CXLVII. 6. Pf. CXLIX. 4. Zeph. III. 2.* Ita declarat sese Hieropsaltes, quosnam  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  intelligat *Pf. XXV. 8. 9.* qui nempe ab peccatum afflicti spiritu atq; humiliati sunt, utpote qui sentiunt sese per peccatum abjectos & reprobatos esse à facie Dei, exulare à terrâ viventium, uti Ebræa vox exilium importat. Quod vocabulum de Mose omnium afflictissimo usurpatur *Num. XII. 3.* Quo etiam usus est David *Pf. XLIX. 36.* Et disciplina tua ipsa docebit me in Ebræo: Et dum AFFLIGIS me, magnum me facis, & Salomo *Prov. XV. 33.* Gloriam præcedit HUMILITAS. Sic etiam afflicti dicuntur  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  *Pf. X. 18.* Desiderium AFFLICTORUM exaudisti Domine & *XLV. 5.* Icede per AFFLICTORUM justitiam. Et Christus ipse  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  dicitur *Zach. IX. 9. Matth. XXI. 5.* quod nostri cauti à humiliatus & afflicti sunt *Ej. LIII. 5. Gal. III. 13.* Unde Syrg  $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$  reddidit  $\text{נכוד}$  humiles, contritos, humiliatos, à  $\text{קטן}$  deprimi, atteri, humiliari. Quapropter cum affligimur spiritu, ob spiritualem nostram miseriam & peccatorum sarcinam, cum laboramus & onerati sumus, cum humiliamur in angustia cordis nostri, beati prædicamur, quia qui ita humiliatur cum publicano, ille certò exaltatur à Deo *Luc. XIX.* Talibus

Quiam  
 $\pi\epsilon\gamma\epsilon\iota\varsigma$   
sint b. l.

ergò promittitur *terræ possessio*, per quam generatim benedictio-  
nem intelligere possis, imprimis autem *hereditatis futurae celestis*  
*possessionem*, quemadmodum benedictio Israelitis facta terræ pro-  
missæ hereditatem includebat. Hæc est *benedictio in Christo*, qui  
nostri causa affligi voluit, atq; humiliari, ut nos in ipso, & per  
fidem in ipsum exaltemur. Ideò *beati* prædicantur, qui *afflictissimi*  
(Messiam qui vere afflictissimus omnium fuit *Es. LIII.*) per fidem  
suscipiunt *Pf. XLI. 1.* de hoc enim agit Psalmus ille propheticus,  
ut è collatione *v. 10.* cum *Job. XIII. 18.* liquet. *Conf. Dn. D. Johann.*  
*Tarnovius* in Psalm. Prophetic. qui ita *πρῶτος* humiles ac *afflicti*  
sunt, ut Christum, qui nostri causa *πρῶτος* factus est, fide suscipi-  
ant, illi gloriosè à Domino exaltantur. *Pf. CXLIX. 4.*

V. 6. οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην.

*Textus* „ *Fames & sitis translatione usitata vehementem quandam appe-*  
*Grotij* „ *titionem significant, ut cum dicitur auri sacra fames. & apud Plu-*  
„ *tarchum ὁ μὴ πεινῶν μηδὲ διψῶν ἠμωρίας. Atq; ita διψῶν sumitur*  
„ *Esaiæ XLI. 17. & LI. 1. Job. VII. 37. & aliis aliquot horum librorum*  
„ *locis. δικαιοσύνης autem vox hic significat ὁδὸν δικαιοσύνης ut infra*  
„ *hic scriptor loquitur XXI. 32. id est doctrinam ejus obedientiæ quam*  
„ *à nobis Deus exigit, quæ obedientiæ & infra commate 20. voce eā-*  
„ *dem δικαιοσύνης notatur. Etiam Philo dixit λιμὸν ἀρετῆς libro de*  
„ *Allegoriis.)*

*Elenchus.* Rectè *fames & sitis* de vehementi appetitione intelligitur:  
sed *justitia* non rectè explicatur de *viâ justitiæ* aut *obedientiæ* ejus,  
quam Deus à nobis exigit. Siquidem intelligi possit propriè *ipsa ju-*  
*stitia*, nec opus sit metonymiâ. Quia verò *justitia* est vel *impu-*  
*tata*, vel *inherens*, nonnulli illam, alii *istam*, alii *utramq;* intelli-  
gant. At commodissimè intelligitur *imputata justitia*. Nam hu-  
jus *esuries & sitis* excitatur imprimis in illis, qui *pauperes spiritu,*  
*ludentes, & afflicti* sunt. Siquidem indigentia illa, & sensus ejus-  
dem appetitum & desiderium refectionis, desiderium *justitiæ ve-*  
*ræ & perfectæ*, quæ non est nisi Christi *justitia*, in nobis acuant,  
nec nisi *justitia Christi* saturari possimus ac refici. De talis *justi-*  
*tiæ siti* agitur, qua saturantur fideles. At *justitia*, quæ nobis in-  
hæret

*Quenam*  
*justitia hic*  
*intelliga-*  
*tur?*

AD MATTHÆUM

hæret, nos saturare minimè valet. Et deducit nos Metaphora *alimenti & potus* ad justitiam Christi, & ad cibum, ac potum, quem Christus nobis præbet ad vitam æternam *Job. VI.* Uti in fame & siti corporali, sic & in spirituali inquisitio alimenti & potus extra hominem est esurientem & sitientem, ut aliunde assumatur cibus & potus: quæ nobis ad saturationem non possunt aliunde suppetere, quàm à Christo, qui *factus nobis à Deo est justitia* 1. Cor. I. 3. in quo solo & ζωὴν habemus & πέρσωρον *Job. X. 10.* Et quis credat in tam multis aphorismis de *beatitudine*, nullam factam esse mentionem illius *justitia*, in qua una omnis beatitudo nostra sita est? Neque dubium est, respici invitationem Christi *Es. LV. 13.* & vaticinium *C. LXV. 13.* Quæ promissiones verè Evangelicas continent. Quid, quod *justitiam abundantior* Christus designet, qua ingredi nos oportet regnum cœlorum, quæ nulla alia est, quam imputata Christi *justitia*, quâ unâ justificantur, quotquot justificantur *Rom. V. 19.* in qua *Regnum Dei* consistit *Rom. XIV. 17.* Qua fruimur nos per fidem, nec quisquam sine fide frui potest, quæ ab ipso Christo per manducationem & bibitionem itidem describitur *Job. IV. 14. c. VI. 35.* Qui ita per fidem fruuntur *justitia* Christi, gloriari possunt: *in Domino justitiam habemus* *Es. XLV. 24.* Atque hæc est *justitia, quæ declarata est sine lege* (vel operibus legis) *per legem, & Prophetas, quæ per fidem in Christum* εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας *in omnes & super omnes credentes venit* *Rom. III. 22.* *justitia*, per quam *obtingit justificatio vitæ* omnibus, qui vitam consequuntur. *Rom. V. 18.* Ideò beati prædicantur, qui esuriunt & sitiunt hanc *justitiam*: quia *beatitudo* est illius, docente Apostolo, *cui Deus justitiam imputat* χωρὶς ἔργων *Rom. IV. 6.* ubi manifestum est, imputatam *justitiam* solum constitui *beatitudinis causam*, exclusâ *justitiâ* inhærente, quæ ad ἔργα pertinet.

Vers. 7. Οἱ ἐλεήμονες ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.  
 Est quidem & in usu humano verum illud Publii:  
 Bona comparat præsidia misericordia.

», Textus  
 Item.» Grotij.

Item:

Habet in diversis auxilia qui in secundis commodat.

Cæterum hic arbitror rectè à Latino interprete aliisq; scripto-  
ribus antiquis illud ἐλεη θῆσ οὐλας ad divinam misericordiam referri.  
Nam sicut omnes ἡ μακαρισμοὶ, si rectè advertas, in præceptorum  
traditione explicantur, ita quod hic dicitur γνωσκῶς, infra traditur  
(ὁ γὰρ ἑλεηκῶς, v. 45. & VI. 14.)

Elencbus.

Rectè de misericordiâ divinâ promissio accipitur: utrum verò  
omnes ἡ μακαρισμοὶ ὁ γινεσκῶς in hac concione repetantur,  
dubium est. Neque id apparet Christo propositum fuisse. Instituit  
potius hic μακαρισμὸς primum tradere; tum etiam præcepta le-  
gis à corruptelis Phariseorum vindicare. Cæterum quintus hic a-  
phorismus fructum fidei justificantis, cum cæteris sequentibus  
complectitur. Postquam enim actum erat de iis, quæ antecedunt fi-  
dem, & actus fidei desiderantis justitiam Christi, tum eandem ap-

Misericor-  
dia ut fru-  
ctus fidei  
spectatur.

prehendentis eademq; pascentis, & exaturantis corda misera &  
famelica, descriptus, nunc fructus fidem consequentes: quæ per  
charitatem est ἐσπυνησὲν designantur, è quibus eminet misericor-  
dia. Nam ubi per fidem participes reddimur misericordiæ Dei,  
ad misericordiam ergà proximum accendimur. Eph. V. 32. Col. III  
13. Matth. XXIX. 35. quæ in donando, & condonando sita est docen-  
te Christo Matth. VI. 12. quemadmodum Deus nobis non tan-  
tùm peccata condonat, sed etiam justitiam Christi donat ex merâ  
misericordiâ. Quum saturemur Dei misericordiâ, quidni etiam  
misericordiam quandam proximo exhiberemus? Beatos autem  
prædicat misericordes Christus, non quasi misericordia, aut reli-  
quæ virrutes quicquam ad beatitudinem conferant, sed quod  
proprietas beatorum, ac signa, & τεκμήρια sint veræ fidei, ac  
beatitudinis Matth. XXV. 35. Unde illis iterum promittitur divi-  
na misericordia, quemadmodum ex adverso immisericordibus  
grave iudicium impendet Jac. II. 13. Remittite, & remittetur vo-  
bis, date & dabitur vobis, inquit Christus Luc. VI. 38.

N. 8. οἱ κατὰ τοὺς ἦν καρδίᾳ

Textus  
Grotij.

Intelligi possunt ἀκέραιοι, id est qui à furo omni, & fallaciis ab-  
sunt

sunt, quos sinceros vocant Latini. Solet enim καθαρόν coniun- 27  
 gi ἰὼ ἀνυπόκριτῳ 1. Tim. 1, 5. 1. Petr. 1, 22. Atq; ita erit huius γνώμης 28  
 explicatio παρακλητική petenda ex iis, quæ infra capite VI. differuntur. 29  
 Sed magis mihi placet καθαρόν hic accipi eum, qui sit integer vitæ, 30  
 scelerisq; purus, quem scriptores Latini etiam sanctum, & castum 31  
 vocant. Grecis καθαροὶ τὰς χεῖρας dicuntur, qui homicidio affi- 32  
 mes non sunt, & fœmina καθάρειν quæ concubitu abstinet. Ideò ad- 33  
 dit Christus καρδία, ex Psal. LXXIII. 1. nimirum etiam exigens ani- 34  
 mi innocentiam. Illo enim censore (ut Taciti utar verbis) qui delibe- 35  
 rant, desciverunt. Ut autem καθαρόν ita interpreter movet me quod 36  
 sequitur ὅτι ἀυτοὶ τὸν θεὸν ὄψοντα. Nam & apud Johannem 1. 37  
 Ep. III, 2. itidem legimus: ὁψόμεθα αὐτὸν καθὼς ἐστὶ: deinde subjun- 38  
 gitur: καὶ πᾶς ὁ ἔχων ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ ἀγνίσει ἑαυτὸν, 39  
 καθὼς ἐκεῖνο ἀγνός ἐστιν. Solent enim pro eodem usurpari ἀγνός 40  
 & καθαρός. Quæsit nimirum Christus attributa, quæ aut ex simili, 41  
 aut ex dissimili, subjectis convenirent. Ideò his, qui puro sunt corde, 42  
 (quatenus scilicet humana permittit fragilitas) premium proponit, 43  
 quod conspecturi sint Deum, purissimam scilicet mentem. Quare pe- 44  
 tendenda est huius γνώμης explicatio ex his, quæ infra, in præceptis, se- 45  
 quuntur commate huius capitis 21, 27. & deinceps. ) 46

Conjungi potest simplicitas infucata vel ἀνυπόκριτος cum  
 animi innocentia: nam non est vera innocentia animi, ubi subest  
 ὑπόκρισις, sed ut eam ex fide verâ proficisci oportet 1. Tim. 1, 5. ita  
 nulla est cordis purificatio sine fide. Nam per fidem purificantur  
 corda nostra Act. XV. 9. Atq; ideò etiam beati prædicantur puri  
 corde, quod sanctitas, innocentia, & sinceritas animi è fide ori-  
 antur, quæ causa est beatitudinis: siquidem sanguine Christi per fi-  
 dem purificantur conscientia nostra, à mortuis operibus, ad servien-  
 dum Deo Ebr. IX. 14. Hæc ergo interna sanctitas cordis, quam  
 operatur in nobis Spiritus S. etsi multis modis in hac imperfe-  
 ctione imperfecta est, & contaminata ὁ ἴην εὐπερίστατον ἀμαρ-  
 τίαν, puritas vocatur tum ob sinceritatem cordis infucatam & hy-  
 pocriseos expertem, & ἀπλότηα dolo, & versutia carentem;  
 tum ob sanctum propositum, quo se consecratos cupiunt Deo to-

Elenchus.

tos, in hostiam sanctam & puram Rom. XII. 2. Cor. VII. 1. tum imprimis ob praviam fidei purificationem, & mundationem cordis, per sanguinem Filii Dei, mundantem nos ab omnibus peccatis, factam 1. Job. I. 7. Non autem beati sumus ob inberentem sanctitatem vel puritatem cordis. Nostra enim justitia, si ad districtum iudicii Dei examen sit exigenda, tantum abest, ut pura omnibus modis, & incontaminata sit, ut immunditiâ maximâ laboret, & instar panni menstruata sit Es. LXIV. 6. ac σκυβάλων loco haberi debeat, Phil. III. 8. Cæterùm qui sanctâ Christi obedientiâ atq; innocentiam justificati, & beatitudinis veræ participes effecti sunt, in illorum cordibus habitat per fidem Sp. S. per quem sanctificamur, cujus fructus sunt ἐν πάσῃ ἀγαθῶσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ Eph. V. 9. Quales notantur 1. Cor. VII. 11. Abluti estis, sanctificati estis, justificati estis in nomine Domini Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri. Quibus proinde visio Dei promittitur, quia oculis cordis illuminatis vident hic, velut in enigmate, & per speculum, olim visuri ipsum de facie ad faciem Job. XIV. 21. 1. Cor. XIII. 12. Pontificiorum sophismata, qui puritatem cordis, & operum iustorum omnimodam, ac justificationem per inberentem justitiam, vel puritatem etiam per satisfactiones, vel deniq; professionem caligatus hinc exsculpere satagunt, refellit Frid. Spanhemius Dub. Evangel. part. III. Dubio LXXXVI.

V, 9. εἰρηνοποιοὶ

Textus „ Propriè Grecis ita vocantur Pacificatores, qui aliis disidentibus  
Grotij. „ bus medios se interponunt. At Hebræa vox, quam Græca voce expressit  
„ prescit interpres ⲉⲓⲣⲏⲛⲟⲩⲟⲩ latius patet, pacisq; studiosos significat,  
„ neq; aliter hoc loco ea vox accipiendâ est. Sequitur enim hujus dicti  
„ explicatio infra commate 23. & deinceps.)

ὁιοὶ θεῶ κληθήσονται

Deus vocatur Deus pacis Rom. VI. 20. 1. Cor. XIV. 33. II. Cor. XIII. 11. Phil. IV. 9. 1. Thess. V. 23. 2. Thess. III. 16. Hebr. XIII. 20. Sensus est, eos, qui paci student, Deo simillimos, ac proinde etiam Deo dilectissimos fore. Sic infra ὅπως γέννησθε υἱοὶ τῆ πατρὸς ὑμῶν ἵδ ἐν ἔρανοῖς commate 45. Sirachides olim dixerat: Γίνε ὀρφανῶ ὡς πατήρ καὶ ἀντι

AD MATTÆUM

ἀντι ἀνδρός ἢ μητρὶ ἀυτῶν, καὶ ἔση ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγάπῃ·  
 ση σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου IV. 10. *Philo de sacrificantibus*: οἱ, σοὶ ἀ-  
 ρεστὸν ἢ φύσει δρωῦντες καὶ τὸ καλὸν, υἱοὶ εἰσι τοῦ Θεοῦ. *Hiero-*  
*cles doctus, ita locutus est Pythagoristas, haud dubiè accepto ab*  
*Hebraeis more.* τῷ ἤδη προειργασθαι τὰ παιδὸς ἄξια τὸν θεὸν πα-  
 τέρα καλῶν. *Est autem καλεῖσθαι hic, rem ea voce indicatam conse-*  
*qui Job. I. III. 1. ἰδελε ποταπὴ ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ ἵνα*  
*τέκνα δεῖ κληθῶμεν, quod alibi dixerat ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα*  
*Θεοῦ γενεῶσθαι. Evang. I. 12. Sic est Philo de linguarum confusione: οἱ*  
*ἐπισήμη κεχρημένοι τῷ ἑνὸς υἱοὶ θεοῦ πρῶτα γορεύονται δέοντως. Ex*  
*hac vena Dei imitatione sequitur porro etiam divina gloria participa-*  
*rio, ut ostendit Johannes dicto Epistola loco, et Paulus Rom. VIII. 17.)*

Haud obscure Grotius imitationem Dei, studiumq; pacis cau-  
 sam facit participationis divinae gloriae. Quod à Papistis fieri, no-  
 vimus. Sed quanquam pacis studiosi beati prædicentur, & filii  
 Dei vocentur, non tamen studium pacis causa constituitur illius  
 εὐδοκίᾳ, vel μακαριότητι. Describitur ita solum *subjectum*  
*beatitudinis*, quod nempe beati sint non contentiosi, sed qui pacem  
*persequuntur 2. Tim. II. 22. Ebr. XII. 14.* non verò exprimitur cau-  
 sa beatitudinis: Sic enim μακαρισμός ejus esse dicitur, cui Deus  
*imputat justitiam χωρὶς ἔργων, sine operibus Rom. IV. 6.* Conjun-  
 gitur pacis studium cum puritate cordis & misericordia, adversus pro-  
 ximum, quia insolubili vinculo hæc omnia cohærent, in fideli  
 corde. Fides enim uti puritatem cordis exigit infucatam, coram  
 Deo: ita & dilectionem requirit ἀνυπόκρητον adversus proximum,  
 estq; δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη Gal. V. 6. adeoq; & misericordiam pa-  
 rit, & ad studium pacis colendum cum omnibus nos impellit.  
 Ubi vera beatitudo, ibi pax est cum Deo Rom. V. 1. c. XIV. 17. ubi  
 pacis & reconciliationis cum Deo sensus est, ibi non potest non  
 esse studium pacis, & concordia cum proximo. His ergò promittitur  
 quod υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται: quia Deus Pater Ebr. XIII. 10. est Deus  
 pacis: Deus Filius pax nostra & princeps pacis Eph. II. 14. Es. IX. 6.  
 ac pacem sancivit inter Deum & hominem per sanguinem suum  
 Col. I. 12. Eph. II. 14. Deus Spiritus S. est Spiritus dilectionis 2. Tim.

Elenchus.

De pacis studio: nã causa sit beatitudinis?

ANNOTATA

L. 1. & pax est fructus spiritus Gal. V. 22. Ideò tanquam filii Dei, divinâ dilectione, providentia, perfectione, divitiis ac bonis, denique patris cœlestis hæreditate sempiternâ fruuntur Rom. II. 17. sed ex gratia, & mera Dei misericordia, ac propter reconciliationem, sanguine Christi factam, non verò ob imitationem Dei, quæ valde imperfecta est, nec ullam proportionem habet cum gloria cœlestis hæreditatis, uti filius, qui paternam virtutem æmulatur, cum hæres fit Patris, non id virtuti suæ, & imitationi Patris acceptum fert, sed τῆ υἰότητι. Nam hæres est Patris, quia Filius, non quia patrem æmulatur: ita si filii sumus, inquit Paulus, hæredes sumus Rom. II. 17. nuspiam autem hæredes nos esse docet ideò, quia Patrem imitamur.

V. 10. δεδιωγμένοι.)

Textus „ Græcis διώκειν est non tantùm accusare, sed & expellere, ut διώκειν  
Grotij, „ κειν ἐκ τῆς γῆς, διώκειν τῆς οἰκίας. Sed apud Hellenistas Judæos latius  
„ ea vox patet, ut exprimat Hebraicum דָּרַג, quod omne genus vexa-  
„ tionis, præsertim gravioris continet. Latine persequi, nullare adje-  
„ cta, hunc sensum non habet. Alioqui persequi iudicio, persequi bello, re-  
„ è dicitur. Sed Christiani Hebræos & Hellenistas imitati dixerunt  
„ persequi, pro quo veteres Romani dixissent, vexare aut exagitare.  
„ Ενεκεν δικαιοσύνης.)

„ Vox hæc vix unquam in his libris finem, at plerumq; causam  
„ significat, qua agens impellitur. Latinis ergò eandem habet notio-  
„ nem: ut virtutis ergò. Δικαιοσύνη, autem hic iterum obedientiam di-  
„ vinorum mandatorum significat.)

„ αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν ἁγνῶν.)

„ Cum βασιλεία ἁγνῶν modò doctrinam cœlestem, & qua eam  
„ in hac vita consequuntur, modò gloriam cœlestem significet, ut mul-  
„ tis in locis videre est, ut priorem sensum supra: ita posteriorem hic  
„ amplectendum sentio: tum ut singulis subiectis singula attributa re-  
„ spondeant, tum quod omninò proximè sequens comma videatur dicti  
„ huius generalis particularem ἐπεξηγήσειν continere, ibi autem merce-  
„ dis cœlestis expressa est mentio. Atq; hinc factum est, ut jam Clementis  
„ temporibus diverso modo hic locus legeretur. Ipse citat ὅτι αὐτοὶ υἰοὶ  
„ κληθήσονται, quod ex sequenti Commate irrepfit. Ab aliis legi testa-  
tur



AD MATTHÆUM

ἵνα, ὅτι αὐτοὶ ἔσονται τέλειοι: atq; etiam ὅτι ἔξῃσι τόπον, ὅπως ἔδιωχ' ἡ  
 θήσονται, quæ omnia glossemata esse arbitror explicantia quid esset  
 βασιλεία τῶν ἑρηνῶν hoc loco.)

Regnum cælorum pro doctrinâ celesti uspiam accipi, non ap-  
 paret. Rectius ergò dixeris Regnum gratiæ aphorismo primo: hoc  
 autem postremo regnum gloriæ notari. Regnum autem gratiæ, etsi  
 geratur sceptro verbi, è Zione emisso Ps. CX. 3. non tamen est ipsa  
 doctrina verbi. Per verbum colligitur Christo regnum, seu po-  
 pulus regni: per verbum regitur item, & administratur  
 regnum. Quidnam autem sit regnum Dei, vel in quo consistat,  
 docet Apostolus Rom. XIV. 17. Regnum Dei est justitia, pax, &  
 gaudium in Spiritu sancto. Regnum gratiæ vel notat regimen ipsum  
 modumq; & formam οἰκονομίας & administrationis, quæ fit per  
 Verbum & Sacramenta, vel notat bona illa, quibus fruuntur con-  
 sortes regni Christi, quæ sunt justitia, pax & gaudium in Spiritu  
 Sancto. Neutro sensu regnum gratiæ est ipsa doctrina Christi cæle-  
 stis; neq; opus est fingere tam diversam significationem regni cælo-  
 rum, ob diversos beatitudinis gradus; quum diversi respectus suffi-  
 ciant, v. 3. & 10. ita ut illis pauperibus spiritu, in regno cælesti ve-  
 ra divitiæ, his pressis propter justitiam vera libertas, dignitas &  
 majestas in cælis promittatur; aut ibi etiam regnum gratiæ ipsis  
 assignetur, in quo divites sunt in Deo Luc. XII. 21. hic verò regnum  
 gloria. Cæterum adjungitur hic virtutibus reliquis patientia,  
 quia persecutionis & crucis expers nemo est fidelium Act. XIV.  
 22. 2. Tim. III. 12. ad quam sustinendam opus est patientiâ, & in ve-  
 ra fide perseverantiâ, quam ὑπομονὴν vocat Apostolus Ebr. X. 36.  
 ut voluntatem Dei facientes, promissionem consequamur. Hæc  
 verò patientia nota & requisitum est beatorum, non causa vel me-  
 ritum beatitudinis, quia nulla est proportio inter passiones præ-  
 sentis temporis, & futuram gloriam, teste Apostolo Rom. IX. 18.  
 Etsi verò mercedis mentio fiat v. 12. hæc tamen merces non est  
 κατ' ὀφείλημα vel debita, sed κατὰ χάριν & in debita Rom. IV. 4.  
 5. non propriè ita dicta, sed impropriè, utpote ex gratia promissa  
 illis, quibus facta gratia, non tantum credendi in Christum, sed & pa-  
 tiendi

Elenebus

Quid per  
 regnū cæ-  
 lorum hic  
 notetur?

Cur hic  
 addatur  
 patientia?

Qualis  
 merces v.  
 12. notetur.

ANNOTATA

*tiendi pro Christo. Phil. I. 29. Passiones illæ debite sunt, non arbitrarie, adeoq; nec meritorie. Siquidem meritum non nisi in opere indebito reperiri possit; & vita æterna obtinetur ut hereditas, ut portio filiorum, non ut salarium mercenariorum. Adde quod merita non nostra forent, si quæ forent, sed Dei, qui omnia operatur in nobis. unde Augustinus in Ps. XXX. Tua peccata sunt, merita Dei sunt, supplicium tibi debetur, & cum premium venerit, Deus sua dona coronabit, non merita tua. Quid? quod beati hic prædicentur, qui persecutionem patiuntur, ut hoc loco non patientia, aut tolerantia, sed ipsius solum persecutionis mentione facta status & conditio sine quâ non potius fidelium in hoc icono beatorum designetur, quàm fructus & effectus fidei: quia fideles sine persecutionibus esse nequeunt, quæ character & signum eorum sunt. Joh. XV. 19. Rom. II. 29. Vani ergò sunt hic Papistæ cum meritis suis, vani etiam cum consiliis Evangelicis perfectionis, vani cum octo vijs salutis, quas Petrus Bessus, Regius concionator, in Postill. Gallicâ super hunc textum, in festo omnium sanctorum, in linguam Germanicam à Tympio Jesuita translatis, proponit, de quibus ipse exclamat: Daß nicht mehr klagen über die Enge oder Gefährlichkeit des Weges/ so zum Himmel leitet/ denn Christus stellet uns achterley Wege für/ daß wir deren einen erwehlen sollen/ und denselben gehen. Beynebenst verheißet Er uns/ daß wir gewißlich durch deren einen in das Himmelreich werden kommen. Scilicet juxta illud Christi Joh. XIV. Ego sum via, veritas & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me. Item Matth. VII. 14. Angusta est porta, & arcta via, qua ducit ad vitam. Atq; hæc de octo beatitudinibus, quas ante hos 18. annos ita exposui Gedani, peculiari concione, sub titulo ICON BEATORUM, editâ: Video autem nostræ explicationi imprimis astipulari Flacium in glossa; eiq; favere Dn. D. Winstrup. in nupero opere Pandectarum sacrar. in Matth. p. 669. etsi his òi negis non eodem modo dicantur, quum mansuetos intelligat, qui placido animo sunt coram Deo, per quos potius, Ebræa phrasi, humiles notari observavimus, ut rectè explicat Flacius: Mites hic vocantur afflicti & humili-*

AD MATTHÆUM

Humiliati, prostratiq; animo. Agit hic de afflictis spiritualiter à ma-  
 la conscientia, lege, & irâ Dei, qui etiam sunt contriti, & humiliati,  
 contrariâq; remedia fide quærentes. Sic & Hieronymus exponit.  
 Atq; ita rectè & ordine se consequuntur hæc omnia: Primum in-  
 culcantur contritio, v. 3. 4. 5. postea fides v. 6. postremò nova o-  
 bedientia v. 7. 8. 9. 10. cui ordini annuit etiam *Vinfrupius*, pri-  
 mum tres gradus contritionis describi, paupertatem spiritualem  
 seu agnitionem propriae iniustitiae, luctum spiritualem ob peccata &  
 propter offensum per peccata nostra Deum: & humilitatem spiritua-  
 lem: quæ ex agnitione paupertatis spiritualis & dolore propter eam  
 oritur. Deinde fidem exprimi per famem & sitim iustitiae, deniq;  
 fructus fidei, misericordiam, munditiam cordis, pacis & concordiae  
 studium: quibus addit fidei accidentaliter & extrinsecus adharen-  
 tem persecutionem, quâ fides probatur, exercetur, atque sic  
 augetur.

V. 17. Καταλύσα

Legis scopus erat homines quam optimos efficere, quales sunt, Textus  
 Dei reverentia & caritate mutua hominum inter se. Hæc duo ma- Grotius  
 xima legis præcepta vocat Christus Matth. XXII. 37. 38. 39. Imò  
 hinc ait pendere legem totam & Prophetas, 40. Paulus diligendo  
 hominem alterum legem ait πληρῶσαι Rom. XIII, 8. Gal. V, 14.  
 Et Jacobus legem regiam ait τελειῶσαι eadem dilectione, addens κα-  
 τὰ τὴν γραφήν, veteris fœderis libros intelligens. Sed quod lege  
 monstrabatur quidem, legis tamen tempore à paucis, in ipso etiam I-  
 sraelitico populo, præstabatur, id ut omnes in se credentes præstare  
 possent, Christus effecit, idq; non vi legis (quæ malos coercebat ma-  
 gis, quàm faciebat bonos.) sed peculiaribus Dei præsidijs, remissionem  
 promittens antecedentium peccatorum omnium, certum faciens si-  
 dem beatæ immortalitatis, & largè effundens Spiritus sui copiam.  
 Apparet igitur, quomodo Christus id, quod in lege erat præcipuum  
 atq; immutabile, non modo non everterit, sed & stabiliverit & con-  
 firmaverit.)

Quam lex requirebat obedientiam, ea non à paucis, sed à  
 nullis præstita est, aut etiamnum præstari potest, teste Apostolo  
 Rom. Elenchus.

Rom. IIX. 3. Ideoq; opus fuit missione Christi, ut pro nobis ipse legem impleret. Non ergo præstitit Christus, ut nos legem impleamus, sed quum hoc ἀδύνατον nobis sit post lapsum, legem nostri loco implevit, suamq; justitiam nobis donat. Ipse enim est τὸ τέλος τοῦ νόμου ad justitiam omni credenti Rom. X. 4. Neq; verò Christus solùm remissionem peccatorum, aut vitam immortalem, promisit: sed eandem acquisivit nobis, & quia acquisivit, participes nos reddit, non solùm certos de eâ facit, Spiritus obsignatione, quotquot in ipsum credimus. Quia servator noster est tum merito, tum efficacîâ. Jejuna nimis & Pelagianizans atq; Socinizans est explicatio Grotii: quod etiam quæ porrò sub finem hujus commatis subjungit, docent: Videamus, inquit, optimè consentire Apostolos secum & inter se & cum Christo. Nam illa, quæ in lege sunt, ut Justinus loquitur, φύσιν κατὰ τὴν ἐνσεβήν, καὶ δίκαια, naturalia legis, ut loquitur Ireneus libro IV. capite XXVII. perfecit Christus, explicans ea clarius, quàm ante unquam explicata fuerant, & præceptis quibusdam exactioribus muniens, & in eorum obsequium animos redigens, promissorum magnitudine & certitudine, spiritusq; sui obsignatione. Atq; hic est νόμος ille τέλος, ut eum appellat Jacobus I. 25. Nihil de exactioribus Christi præceptis Jacobus, quæ Bellarmini, Lorini, Justiniani, Guilbel. Estij, Cornelij à Lapide, Papistarum; Socini, Ostorodi, Smalcij aliorumq; Socinistarum glossa est: sed perfectioni legis planè contraria, utpote quæ forma fuit omnium cogitationum, dictorum, & factorum, absolutissima, non tantùm externam actionum omnium, sed internam etiam quorumvis affectuum, ac motuum munditiem perfectissimam requirens Deut. VI. 5. Rom. VII. 14. nec ἀπέσειν, nec ἀφάρσειν admittens Deut. IV. & XII. Per legem libertatis perfectam doctrina Evangelij intelligitur, quæ etiam vocatur lex Spiritus vitæ Rom. IIX, 2. lex fidei Rom. III. 27. quemadmodum lex Moïsis est lex metus & mortis 2. Cor. III. 6. 7. lex operum Rom. II. 2. lex servitutis Gal. IV. 24. Docent id duo illa Epitheta. Lex enim perfecta dicitur, quod hominem perfectum reddat, at lex operum non præstat quenquam perfectum Ebr. VII. 19. sed do-

cting

AD MATTHÆUM

Circa Evangelii, quæ & pollicetur & efficit perfectionem Col. I.  
 26. Ebr. I. 14. Vocatur eò *lex libertatis*, quia à lege mortis plenè &  
 perfectè liberat Rom. IX. 2. Neq; simpliciter probari potest, quod  
 de fine legis *Ceremonialis* tradit Grotius; quod *sacris illis, ceremo-*  
*niisq; populum Israeliticum, nimis patentem ad superstitionis conta-*  
*gia, Deus ab aliis gentibus segregare voluerit, & occupatum distin-*  
*gere, ne ad falsorum numinum cultum deficeret. Quodq; sacrificio-*  
*rum ritus ex occasione duntaxat institutos, ait: Nam neq; idè*  
*imprimis ceremonialis lex instituta, quod Deus se ingenio popu-*  
*li, temporibusq; illis accommodare voluerit, ne ad superstition-*  
*es & falsorum numinum cultum deflecterent, nec ex occasione*  
*tantum instituti ritus illi sunt: sed ex singulari Dei òκονομία ita*  
*placuit, mysteria sua populo dispensari, ante adventum Christi,*  
*& in typis ac figuris substantiam, quam in Christo habemus, ex-*  
*hibere: quæ causa magis præcipua erat, quam συγκατάβασις illa*  
*Grotiana. Quod nec ipse Grotius diffiteri potuit p. 65. ita de*  
*impletione legis ceremonialis disserens: Ritus autem implevit &*  
*consummavit Christus, id exhibendo, cujus causa ritus erant reperti,*  
*quodq; ritus ipsi figurabant. Delevit autem eosdem eo ipso imple-*  
*mento ac consummatione, non tollendo legis vinculum, sed causam*  
*subturbando, propter quam lex ea nata, & cui morienti ex primo*  
*decreto erat commoriturum. Et pag. 64. Ut autem πλήρωσις ἴσθαι*  
*magis esset conspicua, voluit Deus optimus maximus singulas propè*  
*cir cumstantias Judaicorum rituum congruere rebus Christi. Atq;*  
*adeò demonstrari facile est, ut inquit idem ille martyr, (Justinus)*  
*πάντα τὰ ὑπὸ Μωϋσῆος ἀγαχθέντα esse τύπας καὶ σύμβολα καὶ*  
*καταγγελίας τῶν τῷ χριστῷ γινεσθαι μελλόντων, καὶ τῶν εἰς αὐ-*  
*τὸν πιστεύειν παρεγνωσμένων, καὶ ὑπ' αὐτῷ & χριστῷ ὁμοίως γί-*  
*νεσθαι μελλόντων. Quare quod de vaticinijs ait Christus, oport-*  
*uisse ea in se πληρωθῆναι, idem ad ceremonias etiam suo modo refer-*  
*ri potest. Observanda tandem etiam illa Grotiana conciliatio,*  
*quomodo νόμος dicatur πνευματικός Rom. VII. 14. & vocetur*  
*tamen etiam νόμος ἐπιτολῆς σαρκικῆς Ebr. VII. 11. νόμος πνευ-*  
*ματικός, inquit, dicitur ob scopum illum, in quem dirigitur. Dicitur*

C

6

Ἐ ουγκινός ob ritus in se spectatos, qui corpus à pœnâ defendunt, cœ-  
 rerum spiritum hominis non perficiunt. Nimirum confundit  
 Grotius legem ἱερατικὴν ἔ ἠθικὴν, ceremonialem, ἔ moralem: de  
 morali agit Apostolus Rom. VII. 14. quæ non tantum τελικῶς  
 s. finaliter ob scopum, quo per se dirigitur, spiritualis est, sed etiam  
 ἔσιωδῶς vel formalitèr; quia divinæ sanctitatis quoddam est ἀπ-  
 ειρόνισμα: de Ceremoniali verò agitur Ebr. VII. 16. quæ lex  
 mandati carnalis dicitur, non quod corpus tantum defenderit à  
 pœnâ, quia remissionem etiam peccatorum adferebant sacrificia,  
 virtute antitypi, per fidem, in sacrificium Christi propitiatorium  
 oblata, etsi per se spectata non potuerint, ex opere sc. operato, ut  
 barbare loquuntur scholastici, καὶ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λη-  
 τέρουσα Ebr. IX. 9. sed quod circa carnales ritus occupata fuerit  
 lex ἱερατικὴ, qui umbra erant rerum spiritualium, Ebr. X. 1.

ἢ τὰς προφητάς.

Textus „ Spectantur hęc Prophetæ non tantum ut futurorum presagi, ve-  
 Grotij. „ rum etiam ut legis interpretes, ἔ quotidiani commemoratores. Quo  
 „ sensu à præcepto dilectionis pendere dicuntur lex, ἔ Prophetæ  
 „ Matth. XXII. 40.

Elenchus. Distinguuntur à Christo lex, ἔ Prophetæ; ideoq; non temerè  
 confundendi sunt: & quum Christus non solum legem adventu  
 suo impleverit, sed & vaticinia Prophetica, quæ de ipso impri-  
 mis sonabant Act. X. 43. quidni Prophetæ, quæ proprium munus,  
 quod erat vaticinari, hic intelligendi, quo à lege distinguebantur:  
 siquidem Christus debuerit & legem implere obedientiâ cum a-  
 ctivâ, tum passivâ, nostri loco, & vaticiniis ita Prophetarum, quæ  
 de eo testimonium perhibuerant, complementum præstare. I-  
 deoq; per Prophetas vaticinia eorum non immeritò intelligunt  
 B. Chemnicus, Ostander, Hunnius, & alii.

ἰῶτα ἔν, ἢ μία κερῶτα.

Textus „ Certum quidem est ἔ hoc esse προεγινῶδες, qualia sunt pleraq;  
 Grotij. „ in Domini nostri sermonibus, de medio usu sumta. Atq; necesse est id  
 „ adagium ex scribendi ratione, quæ tum vigeat, originem duxisse; un-  
 „ de sequitur jam tum in lingua Hebraica Jod literam minus spatium  
 „

0000

AD MATTHÆUM

occupasse, quam literas cæteras, ac proinde eos characteres quos siciliis  
 præferunt, jam Christi tempore usurpari desisse, & in usu fuisse, quos  
 habemus, Assyriacas ab Esdra, ut creditur, temporibus scribi Hebraicis  
 ceptas. *Κεραίας* autem nomen ad puncta vocalia à quibusdam tra-  
 bitur: sed idem est, quod apex. Latine *Apices* Literarum ipsos litera-  
 rum ductus aut partes dixit Gellius, & hinc nata translatio: de juris  
 apicibus disputare. Etiam Aristides de Græcorum legibus agens di-  
 xit *ὄμυξ κεραίας*. In glossis veteribus apex, *κεραία* *κεραία* *κεραία*  
*κεραία*. Sed & apud Plutarchum, Dionem, Chrysostrum, Philo-  
 nem Judæum, Clementem Alexandrinum, & in Pseudo-Sybillinis  
 extat vox *κεραία* eo sensu. Apice literam Resch à Daleth differre  
 dixit Hieronymus. Eundemq; nisi fallor, sensum recipit, quod hic  
 posuit Arabs. Libros veteres etiam post Esdras sine punctis voca-  
 libus scribi solitos adeò perspicuis argumentis à viris harum rerum,  
 doctissimis demonstratum est, ut id amplius inspicari non nisi per-  
 tinacium sit.)

Mira asserendi confidentia, sed quæ nullo nititur solido *Elencbus*  
 fundamento. Utraq; illa opinio & de characteribus veteribus Ebrao-  
 rum à moderno diverso, quem nunc *Assyriacum* nos haberi com-  
 menti sunt otiosi homines, ad quævis excogitanda nati, facti; &  
 de invento punctorum, quod nempe eadem minimè coæva literis  
 fuerint, sed noviter demum, multis post seculis textui accesserint,  
 Scripturæ S. autoritati, perfectioni, perspicuitati, certitudini non  
 minus quam divina providentia & veritati *καθ' ἑαυτὴν* repu-  
 gnans, profligata à nobis alias est in *Critico* imprimis *sacro*, ubi  
 argumenta *Capelli*, auctoris arcani punctorum revelationis, quæ  
 tam luculenta esse judicat Grotius, nihil solidi aut luculentæ pro-  
 bationis habere, luculenter atq; solidè, uti speramus, ostendi-  
 mus. Si qui adhuc in mero meridie cæcutire velint, cæcutiant.  
 Neq; verò causam invenio, cur posthabitâ illorum sententiâ, qui  
 cum *Chemnitio* per *κεραίας* puncta vocalia designari censent, li-  
 terarum ductus, & partes solum intelligere, cum Grotio, debea-  
 mus; etsi vox *κεραίας* apud exoticos hoc sensu accipiatur. Quia  
 totum, sine dubio, corpus legis, divinæ respicitur, ad quod non mi-

ANNOTATA

nus vocales, quam literæ pertinent; adeoq; nec *minimam litera-*  
*rum*, Jod nempe, neq; *punctum vocale minimum* de lege interire  
 posse dicetur: unde interpretatio ista, ceu convenientior linguæ  
 originali, quæ consonantibus & punctis absolvitur, præferenda.  
 Quid enim attinebat *peculiariter ductus* vel *apices* literarum de-  
 signari, jam nominato literarum gratia τῶν ᾠγῶν, quum pere-  
 untibus ductibus vel apicibus, & partibus literarum ipsæ lite-  
 ræ actutum immutentur, adeoq; jam non amplius sint eadem  
 literæ, sed perierint intereuntibus talibus *νεγκασαίς*? Unde in *Ita-*  
*lica* veteri, & nova *Deodati*, & *Gallicâ* versione, nec non à *Pisca-*  
*to*re de punctis hæc vox accipitur: eâq; ratione aptis docetur, ni-  
 hil in lege reijcendum, aut irritum fore, ne minimum quidem  
 punctum, sed impletum iri omnia. Quò facit observatio *B.*  
*Chemnitij*, quod in præceptis tabulæ *primæ* Jod læpius, quam in  
 secundâ scribatur, & quod in *secundâ* *severissima* prohibitiones per  
*punctulum minutissimum* in voce Ν<sup>7</sup> signentur, etsi Jod litera o-  
 mnium minutissima & puncta vocalia adhuc minora sint. Chri-  
 stus verò testetur, *unicum Jod, & minutissimum punctum in lege*  
*eo loco apud Deum haberi, ut priusquam prætereat, vel cadat, quin*  
*impleatur, facilius cælum & terram transcurum.* Unde porro sen-  
 sum verborum Christi rectè ita expressit *B. Chemnitius*: *Sensus*  
*igitur est, Legi non satisfieri particulari & mutila obedientia, sed ne-*  
*cesse est, ut omnia usq; ad minimum apicem perfectissime impleantur.*  
*Deum facilius destructionem cæli & terræ admissurum, quàm ut u-*  
*nicum Jod, vel minutissimus apex intercideret, ut non impleatur.* Et  
*eadem est sententia, sicut Moses denunciavit maledictionem non illis*  
*tantum, qui non in magnis, sed qui non in omnibus per manserint,*  
*quæ scripta sunt in libro legis, & sicut Jacobus inquit, Quicumq;ve*  
*totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omni-*  
*um reus. Ideò Christus addit: Quisquis magna (juxta vestram*  
*opinionem) mandata servaverit, ex illis verò, quæ vos minima re-*  
*putatis, vel unicum transgrediendo solverit, illà persuasione, quasi*  
*Deus non curet, non habebit locum in regno cælorum.*

V.19. τῶν ἐν ᾠγῶν τῶν

Hic.



AD MATTHÆUM

Hieronymus ad verba legis refert. Melius alii veterum ad  
 mandata regni cœlorum, quæ sunt τὸ πλήρωμα ἔ νόμος. Ideò non  
 dicit Christus ἐκείνωι, sed τῶτων, respiciens tum ad præcedentia in  
 quibus sub beatitudinis descriptione compendium quoddam eorum  
 mandatorum erat traditum, tum ad sequentia, quæ fusioem eorum  
 explicationem continent. Est autem talis Christi argumentatio: si  
 legem rumpere nulli licet, multò minus impune feret, qui ea ruperit,  
 quibus preparandis lex ancillatur. Vid. Hebr. II. 2. Sua autem esse  
 valia ostendit in sequentibus: λέγω γὰρ ὑμῖν ἔ deinceps.

At rectius longè se habet Hieronymi explicatio, quod ver-  
 sus præcedentis συνέχεια docet. Nam de illis mandatis loqui-  
 tur, quæ adeò constantia dixit, ut cœlum, ἔ terram prius interire  
 oporteat, quam jota unum, vel apex de illis intereat. At illa  
 de mandatis legis dixerat. Nihil evidentius. Unde glossa Gro-  
 tii ceu aliena meritò reprobatur. Neq; quoniam illi veteres sint,  
 qui eam tradant, nominavit. In superioribus non mandata tra-  
 didit, sed beatitudinem verè fidelium certis aphorismis compre-  
 hendit. Ad sequentia verò prorsus contra leges hermineviti-  
 cas vox illa τῶτων abripitur, quamvis in illis, quæ sequuntur, non  
 mandata sua inculcet Christus, sed suas mandatorum legis vindi-  
 cias exhibeat.

V. 20. ἐὰν πῶσις ἐύση ἠδικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον

δικαιοσύνης voce obedientiam significari supra diximus: illud  
 autem πῶσις ἐύση πλεῖον Latine uno verbo vertere posses, superave-  
 rit.

Obedientiam, quam à nobis Deus exigit, notari ad v. 6. dixe-  
 rat: sed quanquam δικαιοσύνη nonnunquam notet obedientiam:  
 sæpiculè tamen aliud est δικαιοσύνη justitia, phrasi Scripturæ, impri-  
 mis in Novo Test. aliud vero obedientia, quam Grotius intelli-  
 git: & distinguitur justitia, quâ nos coràm Deo justii constituimur,  
 cum justificamur, apertè ab obedientiâ, quam legi Dei præsta-  
 mus. Illam explicat Christus Job, XVI. 8. 10. quod in abitu ad pa-  
 trem, vel merito, morte & resurrectione nobis acquisito, consi-  
 stat. & Paulus Rom. I. 17, quod obtingat nobis ἐκ πίστεως εἰς πί-

51v Rom. III. 21. 22. quod sine lege manifestata sit, per fidem Jesu  
 Christi c. IV. 6. quod imputetur nobis sine operibus: c. IX. 3. quod  
 sit justitia ex fide, c. X. 3. 4. quod soli credentes in Christum, qui  
 est  $\omega\lambda\eta\rho\omega\mu\alpha\ \tau\delta\ \nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ , justitiae Dei subjiciantur, eamque justitiam  
 habeant; non vero qui τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην propriam justitiam quaerunt  
 erigere. Quam justitiam Dei opponit Apostolus justitiae, quae  
 est ex lege c. X. 5. 6. ceu justitiam, quae ex fide est; & cum credimus,  
 quod Jesus sit Dominus, & quod Deus eum resuscitavit à mortuis,  
 credere nos εἰς δικαιοσύνην ad justitiam, docet v. 10. h. e. cum cre-  
 dimus, ut Rom. IV. 25. habet, quod traditus sit ipse propter peccata  
 nostra, & resuscitatus propter justificationem nostram. Quam justi-  
 tiam Dei negat ex lege esse, alioquin enim Christum frustra mor-  
 tuum fore Gal. II. 21. ideoque protestatur, etsi non habeat justitiam  
 suam, quae ex lege est, habere tamen se δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει justiti-  
 am per fidem Phil. III. 9. A quâ justitiâ Dei δικαιοσύνη justus fide-  
 lum quisq; dicitur, de quo cum Propheta Hab. II. 4. Apostolus  
 Rom. 1. 17. Gal. III. 12. Ebr. X. 38. ὅτι ὁ δικαιοσύνη ἐκ πίστεως ζήσεται.  
 quod justus ex fide victurus sit. Obedientia autem, quam Grotius in-  
 digitat, fidei, & justitiae fidei consequens & fructus est; nec locum  
 habere, aut concipi potest sine lege, quae norma, & regula est hu-  
 jus obedientiae, aut sine operibus, quia consistit in operibus bonis,  
 aut sine justitiâ propriâ, quum talis obedientia sit ipsa propria  
 nostra justitiae, ac tantum distat à justitiâ fidei, quantum lex ab  
 Evangelio, imò quantum terra à coelo. De justitiâ ea hic agitur,  
 quae est,  $\omega\epsilon\iota\sigma\acute{\epsilon}\nu\sigma\tau\omicron\alpha$  laude, dignitate, praestantia, & fructu abun-  
 dat: quemadmodum verbum  $\omega\epsilon\iota\sigma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\upsilon$  in bonam partem sum-  
 tum est, vel laude Luc. VII. 26. vel fructu abundare Matth. XIII.  
 12. At nullius hominis justitia propria & inhaerens propriè talis est;  
 soli Christi justitiae hoc convenit; quâ sub lege factus est pro no-  
 bis Gal. IV. 6. De eâ hic agitur justitiâ, quae ad ingressum in caelum  
 necessariâ est; seu ad salutem aeternam. At non obedientia, quam  
 Deus à nobis exigit, vel propria nostra justitia, sed justitiâ, quae est  
 ex fide in Christum, qui nobis à Deo factus est justitia 1. Cor. 1. 30. ad  
 ingressum in caelum, & salutem requiritur: quia justificatio, aut  
 etiam

etiam *salus ac beatitudo* non obtingit per opera, nec opera ad justificationem, vel salutem requiruntur, sed τὰ μὴ ἐργαζομένα πιστεύοντι δὲ Ἰησοῦ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ λογίζεται ἡ πίστις αὐτῶν εἰς δικαιοσύνην, & μακαρισμός *beatitudo, vel salus ejus hominis est* ὃ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων. Rom. IV. 5. De eâ agitur justitiâ, quæ est περισσότερη & abundantior Phariseorum & Scribarum justitia, hoc est, *legali*, quia sic describitur *Pharisaica* justitia, quod *quasi verint justitiam* legalem Rom. IX. 31. quod justitiam quasi verint, non ex fide, sed ex operibus legis v. 32. quod ignorantem justitiam Dei, τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην, propriam justitiam erigere conati sint, c. X. 3. illam nempe justitiam, quæ est ex lege, de quâ Moyses, qui fecerit ea, vivet in eis v. 5. Quænam verò abundantior illa justitia legali Phariseorum justitia est, quâ opus nobis ad ingressum in Cælum, quænam justitia illa χωρὶς ἔργων sine operibus, justitia quæ non ex operibus legis, sed ex fide in Christum, qui est τέλος νόμου, nisi justitia Dei, vel Christi Θεανθρώπου, per cujus unius obedientiam nos justiper fidem constituimur, per cujus unius δικαίωμα satisfactionem, nobis δικαιοσύνη της ζωῆς obtingit Rom. V. 18. 19? De eâ agitur hîc justitiâ, quam Christus Doctor justitiæ Es. LXIII. 1. nobis & manifestavit, & acquisivit, cum venit non solvere legem, sed IMPLERE vers. 17. quem decuit implere omnem justitiam Matth. III. 15. quiq; est τέλος τῆς νόμου finis legis, non abolendo, sed implendo legem, ad justitiam omni credenti Rom. X. 4. Conferendus hic locus Rom. III. 21. legem igitur inanem reddimus per fidem? Absit, imò stabilimus. At hæc justitia non est obedientia, quam à nobis DEUS exigit. si enim eam obedientiam præstare possemus, utiq; opus non fuisset, ut Christus nostri loco impleret legem, ut per fidem in ipsum justitiam consequeremur. De eâ agitur Justitiâ hoc loco, quam qui sentiunt paupertatem spiritualem, & lugent ob peccata, in verâ humilitate & afflictione vel contritione esuriunt, ac sitiunt, ut reficiantur, & satientur Matth. V. 4. 5. 6. At propriâ nostrâ justitiâ, vel obedientiâ, quam DEUS à nobis exigit, tales refici, ac satiari ad eò non possunt, ut eam solam habentes agnoscere cogantur suam

am

in egestatem ac pauperiem, atq; ideo lugere necessum habeant, ac conterantur κοπιώντες καὶ πεφορημένοι Ap. III. 18. Matth. XI 18. quibus proinde à solo Christo ἀνάπαισις superest; in quo solo requiem inveniunt pro animabus suis vers. 29. Etiam si cum ipso Apostolo quis καὶ διηγοσύνῃ τὴν ἐν νόμῳ ἀμεμπτήν sit Phil. III 6. non tamen in eâ justitiâ vel ἀνάπαισιν refectiōnem habeat aut esuriet & sitis ejus spiritualis exatiabitur, nedum ingredietur regnum cœlorum, imò ducere eam cum Apostolo necessum habebit ζημίαν καὶ σκύβαλα, ut inveniatur in Christo non habens suam justitiam, quæ est ex lege, sed eam, quæ est per fidem Christi, vel in Christum, τὴν ἐκ θεοῦ διηγοσύνῃν ἡπὶ τῇ πίσει illam ex Deo justitiam, quæ est per fidem v. 7. 8. 9. Rectè Elacius ad v. 7. in glossa p. 17. Non dubito certè hic, Christum resumere initium suæ concionis, ejusq; quasi fontes, aut ἑ δῖον aperire. Nam ex legis vera cognitione perinde vera sui, suæq; paupertatis notitia accipitur, sicut debitor ex chirographo, aut libro rationali creditoris sui in ingens debitum, paupertatemq; agnoscit. Quandoquidem enim ibi hortatus fuerat omnes, beatitudinem summumve bonum appetentes, ut agnoscerent suam spiritualem pudendamq; & planè exitialem nuditatem aut egestatem, eamq; dolerent, lugerent, humiliarenturq; coram Deo ac esurirent ac mendicarent ipsius veram justitiam, saturitatem ac regnum, opesq; amissas : ideo ut nunc istam nostram pudendam nuditatem nobis verè detegat, & ante oculos spectandam proponat: affert lucem ac speculum legis, deterfosq; ei pulvere & maculis tum Mosaici regiminis, tum & glossarum Pharisaicarum, ostendit ejus fulgore, qualis sit Deus, & qualem flagitet esse hominem, suam imaginem, & deniq; quam deformem imaginem ille in facie cordis sui gerat : quo homines, audientes, quàm exactam justitiam severa Dei justitia, & lex ab ipsis exigat, agnoscant etiam horrendam magnitudinem suæ nuditatis, & paupertatis olim indite imaginis Dei atq; ita eam nuditatem deplorent, & contrarias divitias saturitatemq; esuriant ac mendicent. Sic igitur eos hic Christus, explicatiōne legis, veluti prepotenti quadam necessitatis machinâ, eò adigit, ut cogantur suam exitialem nuditatem imaginis Dei ac justitiæ agnosce-

gnosce-

AD MATTHÆUM

gnoscere, & contra gratuitam justitiam mendicare, ad quod eos initio tantum hortatus fuerat.

Atq; ideo hic derogatur Pharisæicæ justitiæ ingressus in regnum cælorum; ac requiritur δικαιοσύνη ἢ περισσότερη, quæ est per fidem in Christum: æquè uti Apostolus loco laudato, Phil. III. 5. λέγει κατὰ νόμον Φαρισαίων dixit, quæ erat κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γινόμενῃ ἀμεμπτή, post a. pro damno, imò stercore eam justitiam, vel obedientiam habuit, ut Christum lucraret. & in eo inveniretur per fidem. Non quod sui vitio talis sit obedientia legis, quia lex bona est, & iusta & sancta Rom. VII. 12. Sed nostrâ culpâ, qui σαρκικοί carnales sumus post lapsum, quum lex sit πνευματικὴ spiritalis v. 14. Non ergò Latinum illud superaverit emphasio, ac vim Græcæ phraseos περισσεύση πλείων exhaurit; quia non quocunq; modo superans, vel gradibus tantum quibusdam excedens justitia requiritur, sed multum abundantior, imò tantum differens, quantum justitia Dei (Christi Θεοῦ ὄψις, qui Deus est benedictus in secula super omnia, & ut homo etiam ὅσι, ἀκακῶ, ἀμίαντῶ, κενχωρισμένῶ ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Ebr. VII. 26. factus nobis à Deo justitia I. Cor. I. 30. Jehovah justitia nostra Jer. XXIII. 5.) & justitia nostra, qui carnales sumus, venundati sub peccatum Rom. VII. 14. etsi jam cum Paulo renati condelectemur legi Dei secundum interiorem hominem v. 22. & facere velimus ac studeamus τὸ καλόν. v. 21. Quapropter calcu- An hic de lum non meretur, nec analogiæ fidei consentanea est eorum in- inchoatâ terpretatio, qui abundantio- rem illam justitiam, quæ regnum cæ- justitiâ ser- lorum ingressuris necessaria, de inchoatâ nostrâ justitiâ vel obedi- mo sit? entia, quam præceptis divinis præstant renati, accipiunt: quod non à Pontificiis tantum, sed etiam Calvinianis, & Calixtinis fit, ut necessaria esse opera bona ad salutem obtineant. Neq; est, ut quis cum Frid. Spanhem. part. III. dub. Evangel. c. XXXVI. §. IV. p. 789. obvertat, Domino hic non esse animum agere de articulo justificationis, & ostendere, quâ in re justitia sit quærenda coram Deo, sed tantum impugnare tum dogmata falsa, tum larvatam pietatē, & justitiam Pharisæorum, & restitutionem ac corruptionem justitiæ à Deo

Object.  
Spanhem.

D

Deo

ANNOTATA

Deo exacta in lege. Annon enim de ingressu in regnum cœlorum hic sermo est? Annon palàm docetur, nisi abundantior sit justitia, non ingredi posse quenquam regnum cœlorum? ubi verò de justitia cum respectu ad ingressum in regnum cœlorum agitur, non potest nullus respectus esse ad articulum justificationis. Dicit Spanhemio: immò ne verbum quidem hic de eo, quod necessarium ad justificationem, sed de eo quod necessarium ad introitum in vitam æternam: Quod vero necessarium ad posterius, non ob id necessarium ad prius. Resp. Id verò invertendum omninò: quia de eo, quod necessarium est ad introitum in vitam æternam, agitur; utiq; etiam de eo, quod ad justificationem necessarium est, hinc concludi potest: siquidem nihil ad æternam vitam consequendam necessarium sit, quod ad justificationem non sit necessarium, eademq; omninò sit ratio quoad conditionem ex parte nostri legalem penitus exclusam, & justificationis & salutis, teste Apostolo Rom. IV. 5. 6. c. VI. v. ult. Eph. II. 8. Tit. III. 5. seqq. Et profectò æquè gratuitum Dei donum est solo Christi merito paratum, solâ fide à nobis apprehendendum, & consequendum, sine conditione operum, vel obedientiæ nostræ, *salus ac beatitudo, ut qui credit in Christum salvus sit sine opere, solâ fide*, inquit Ambrosius: *Beatitudo est illius hominis, cui Deus imputat justitiam SINE OPERIBUS*, pronunciat, & ex Davide Psal. XXXII. 1. definit Apostolus Rom. IV. 6. Neq; incommodè B. Lutherus disp. de justific. Anno 1536. Dicere opera necessaria ad salutem est dicere, quod Christus sit salvator inchoatione, non perfectione: item est tribuere Christo & fidei, quod minimum est; operibus, quod maximū est; Christū requirere ad justificationē, tanquam minimā causam; opera autē bona aut novā obedientiā requirere ad salutē, ut maximam causam. Cavete vobis ab istis argumentis: quia hoc fit inde, quod Christus amplius non sit salvator; sed spoliatur honore suo. &c. Et monuerat ante Spanhemius p. 788. Mentem Domini hic esse, nisi abundantioŕem justitiā tum objectivè consideratam h. e. regulam perfectioŕem justitiæ habuerint, & docuerint discipuli sui, nisi etiam subjectivè, perfectioŕi studuerint

AD MATTHÆUM

erint, & perfectiorem aliunde habuerint, quam Scribæ & Phari-  
 sæi, illos salvari non posse. Quamquam vero illud de *regulâ*  
*perfectiori justitiæ* ab his quidem verbis alienum sit, PERFECTI-  
 OREM tamen *justitiæ* ALIUNDE quomodo habere possunt di-  
 scipuli, nisi in Evangelio monstratam, quæ ipsius Christi justitia  
 est? Aliunde certè quàm à Christo non petit fides, nec petere  
 potest, cum propriâ fide niti non possumus. Quæsit etiam  
 illic Spanhemius, *an justitia legis & justitia fidei sibi invicem oppo-*  
*nantur?* & respondendum esse monuit; utramq; 1. in se conside-  
 rari posse & secundum se 2. in ordine ad idem subjectum. In  
 se & secundum se habent se ut species disparatæ sub eodem gene-  
 re, nam & justitiæ per legem est vera justitiæ ibi ubi datur, & ju-  
 stitiæ per fidem, ut satisfactio sive per solutionem propriam, sive  
 per solutionem alienam est vera satisfactio, utraq; à Deo impe-  
 rata, utraq; Deo grata, secundum se; & vel alterutra habenda  
 vel pereundum homini Lev. XIX. 5. Rom. V. 1. Interim ut  
 repugnat, duo disparata uni eidemq; convenire, qua disparata  
 sunt, & eundemq; esse & hominem & brutum, & titulo hæredi-  
 tatis aliquid obtinere vel donationis, & simul titulo mercenariæ  
 operæ & proprii meriti: sic repugnat, eundem vitam æternam  
 assequi justitiâ propriâ, & justitiâ alienâ apprehensâ per fidem.  
 Qui enim propriâ justitiâ eam assequitur, non opus habet aliena;  
 qui alienâ nititur, destituitur propriâ. Locum verò facit de-  
 fectus justitiæ propriæ tum inquisitioni, tum apprehensioni ju-  
 stitiæ alienæ & ad eam velut manu ducit. Et sic etiam lex fuit  
 pædagogus ad Christum. Qui enim justitiâ propriâ se destitui  
 sentit, & tamen justitiæ necessariò exigere novit ad placandum  
 Deum, & obtinendam vitam, ille eo ipso incitatur, ut confugi-  
 at ad justitiæ alienam, Mediatoris nimirum, quâ coram judicio  
 Dei possit comparere. Hactenus Spanhemius non malè. Sic  
 ergò repugnat, ejusdem judicio, *eundem æternam vitam assequi*  
*justitiâ propriâ* (quod volebant *Pharisæi*, suam erigentes justiti-  
 am) & *justitiâ alienâ, apprehensâ, per fidem*, quam adeò require-  
 bat contra *Pharisæos Christus*; ut nisi discipuli sui perfectiorem

ALIUNDE habeant, salvari nequeant. Et quod egerit omnino hic Christus de *justificatione*, è versu 6. quod nempe *esurientes & sitientes justitiam satiari & refici debeant*, jam constitit; idque agnovit ipse Spanhemius ad istum locum Dub. LXXXIII. p. 401. *Christus hic illos beatos pronunciare videtur, qui ardenti desiderio expetunt & justitiam justificantem coram Deo, & justitiam edificantem coram hominibus: utraq; enim connexa nec illius desiderio tenentur, qui non student isti, nec posterioris studiosi beati, sine studio prioris.* Temerè addidit *justitiam edificantem coram hominibus*, quæ etsi priori connexa sit, hic tamen per multò abundantio-rem justitiam simul non potest designari; quum de tali justitiâ agatur quâ opus est ad introitum in regnum cælorum. Monuit Spanhemius illos à Domino phrasi istâ designatos, qui *injustitiæ & indigentia suæ sibi conscii ardentè expetunt remedium tranquillandæ conscientia suæ coram Deo, & qui quam in se non inveniunt justitiam querunt in illo, qui nobis factus à Deo justitia. i. Cor. 1. 30. & in illo solo reperiri cupiunt cum Paulo Phil. III. 9.* Quis ergò negat nunc, *Domini animum esse agere hic de articulo justificationis?*

Interim ut rectè contra Maldonatum & Papiſtas alios negat Spanhemius, *Christum legis observationem justitiam vocare, quasi observatione mandatorum Dei justificemur*, ita ne id quidem Pontificiis modernis syncretistis concedendum erat, quod hic *justitiæ legalis, vel observatio legis necessaria constituatur ceu conditio sine qua non ad introitum in regnum cælorum*, etsi conditionem talem non nisi *causam fatuam* cum scholasticis dicat: nam & hoc ἀγχαφου, & ἀλλήλαφου imò fatuum est, si sapientiam Dei ut par est, spectemus, (qui solâ fide nos salvari vult, hoc est, apprehensione obedientia Christi) assuere nempe de nostro aliam conditionem, utpote propriæ justitiæ & obedientia, ac si abundantissimâ illâ Christi justitiâ ingredi cælum nemo possit, nisi sub istâ conditione ut abundantiori quàm Pharisæi legis observatione, ac inherente justitiâ instructus sit; quo pacto promissiones legales, Evangelicis immiscentur, lex cum Evangelio confunditur, gratia in Evangelio annunciata à conditione observantia legis suspenditur, ac justitiæ Christi

An justitiæ  
nostra causa  
sine qua non  
regni cælo-  
rum hic  
constitua-  
tur?



AD MATTHÆUM

Christi sanctissima panna menstrua a justitia nostra assuitur, idq; ob ingressum in regnum cælorum; Neq; est quod dicat Spanhemius, Dominum non disputare contra justitiam legis, sed contra justitiam Scribarum & Phariseorum: quia hæcenus contra justitiam legis disputat, quæ scribæ & Pharisei per observantiam legis censebant hominem ingredi regnum cælorum: quum longè abundantiore justitiam requirat Dominus, quàm seu Phariseorum seu ullius hominis est legis obedientia, aut esse potest post lapsum, ac de officio suo & fine adventus sui ideò egerit, quod venerit ut legem impleveret, ut nos ad abundantiore illam justitiam deduceret. Et cædit hic propria vineta Spanhemius: dum statim addit p. 790: requiri justitiam abundantem: Ergò majorem nostrâ, quæ non sufficiens, minus abundans; talis verò vel legalis tantum, obedientia exacta præstita toti legi, vel Evangelica, applicatio fiducialis justitiæ Mediatoris cui soli locus ex quo homo cepit esse peccator, & ex quo Lex nõ dicitur διὰ τῆς σαρκός. Ex quibus utiq; constat non legalem, sed Evangelicam justitiam à Christo urgeri.

Solum in Calixtinorum gratiam addimus, τὸ περισσεύειν πλεῖον non inferre semper intensiorem gradus in eadem specie justitiæ, quin significare etiam possit surregationem planè alterius speciei, uti Matth. XI. 9. Baptista, qui se negaverat esse Prophetam, dicitur περισσεύειν & προφείτῃ abundantior, præstantior Prophetâ: Matth. XII. 41. 42. Christus πλεῖον Salomone & Jona est c. VI. 3. ἀνίμα πλεῖον ἐστὶ τῆς τροφῆς plus est quàm alimenta. 2. Cor. III. 9. διακονία Evangelii πλεονέκτημα μᾶλλον περισσεύει ἐν δόξῃ quam διακονία condemnationis &c. Addamus & hoc, si maxime de justitiâ legali hæc quis interpretetur, quam tamen interpretationem minime concedimus, nullam fore consequentiam à conditionali negativâ ad oppositam affirmativam, uti non sequitur Job. IV. 48. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis, E. signa & prodigia necessaria erunt ad credendum. E. visis signis & prodigiis sequatur fides! Multò v. minus ex conditionali negativa comparativa opposita affirmativa absoluta inferenda: quemadmodum inferre non licet; si quis dicat, nisi castior fueris Heliogabalo non introibis in regnum cæ-

An abundantia justitiæ solū intensiōnis gradus inferat?



lorum E. ingrediens regnum celorum ubi castitate Socrati similis fue-  
 ris, E. Major illa Socratis castitas necessaria illi fuit ad introitum in  
 regnum celorum; ratio est, quia tales propositiones dicunt, quid  
 non sequitur sit ad conditionem presentem, non item, quid  
 ad illam cessantem, seu introductam aliam qualitatem. Sed ag-  
 noscit Hornejus in iterat. adfert, contra D. Rothmaler. th. LVII.  
 dictum hoc Evangelicum esse non legale: idq; ita probat p. 109.  
 Disertè concionem illam à beatitudinibus VIII. inchoat Christus:  
 Tunc aperto ore suo dicebat, dicens: Beati pauperes Spiritu,  
 quoniam ipsorum est regnum, Beati qui lugent, quoniam sola-  
 men recipient &c. Beatitudo autem illa aeterna precipuè est & nul-  
 latenus datur per legem: sed per evangelium. Unde etiam proximè  
 ante verba allegata addit, ne existiment, se venisse ut legem & Pro-  
 phetas dissolvat, sed ut impleat ipse pro nobis & nos implere no-  
 stro modo faciat: nam si quis etiam minimum solverit & contem-  
 serit, minimum in regno celorum vocandum esse: & subjungit:  
 dico enim vobis, Nisi abundaverit &c. Hactenus Hornejus, Ma-  
 jorista Julianus. Jam si Evangelicum hoc dictum est, quomodo  
 de legali conditione exponi potest, vel de observantiâ preceptorum  
 Dei? quum Evangelium toto cælo à lege distinctum sit. Et posi-  
 tâ explicatione illâ, quam nonnullorum orthodoxorum esse non  
 diffitemur, de justitiâ legali quam κατὰ ἀναβόλαιον omnibus  
 modis perfectam intelligunt, non stabilitur, sed removetur ita  
 introitus regni celorum per justitiâ propriam: quia nemo est  
 qui legem secundum illum rigorem implere possit, ideoq; dicta  
 ejusmodi legalia solum ἀδυναμίαν nostram postlapsam exhi-  
 bent, & ad Christum, qui nostri loco legem implevit nos manu-  
 ducunt. Præstat a. Evangelicè intelligere non quidem de justitiâ  
 nostra inchoatâ, (hæc enim, nihil ad Evangelium, vel Evangelicam  
 justitiâ facit, quum Evangelium concio sit gratiæ de Christo, ejusq;  
 justitiâ, cujus summa est justus fide suâ vivet non v. concio peniten-  
 tiæ, vel de obedientiâ, & justitiâ nostra, cujus doctrina, & regula, ac  
 norma est lex, non Evangelium, sed) de justitiâ Christi, quæ multò a-  
 bundantior, quàm Pharisæica est, per fidem apprehensione ad in-  
 troi-

AD MATTHÆUM

*ereditum regni caelorum omninò necessaria. Quæ ex antiq̄uæ  
 doctrinæ Pharisæica & Christi colligitur. Nam illi ad justitiam  
 & vitam æternam opus esse impletione legis statuere, ac quum  
 intelligerint, ea, quæ de interioribus motibus, in mente, & cor-  
 de hominis, de nãvis in gestibus, & verbis, deq̄; dilectione ex  
 toto corde, totâ animâ, omnibusq̄; viribus præcipiuntur, imple-  
 ri haud quaquam posse, commenti sunt discrimen inter præcepta  
 quod quædam minima sint, quædam v. magna, quodq̄; hbrum suf-  
 ficiat impletio: quam hypothesein reprobat Christus, docens, quæ  
 unum de minimis (opinionem ipsorum) præceptis solverit, minimi ha-  
 bitum iri in regno caelorum, h. e. nullum in eo locum habiturum. Quo  
 pacto & Pontificii, ac Novatores fingunt, DEum sub novo fœdere  
 non requirere, ut omnia secundum legis rigorem impleantur, dum-  
 modo quantum in nobis est legem adimpleamus, eamq̄; obedientiam  
 opponi posse iudicio DEI ad justitiam & vitam æternam, & hic à  
 Christo requiri ad ingressum regni caelorum, censent. Christus er-  
 gò ex adverso docet, rectè observante B. Chemnitio nostro, Pha-  
 risaicam illam justitiam quæ non perfectissimè habet integram legis  
 impletionem, sed tantum particulam quandam legis, de quibusdam  
 externis operibus utcumq̄; servatis, non posse ingredi regnum caelorum.  
 Suorum igitur justitiam Christus vult esse abundantiorẽ seu plenio-  
 rem, h. e. suos vult ad iudicium DEI adferre abundantissimam, ple-  
 nissimam, & perfectissimam justitiam, ut per & propter eam possint  
 ingredi in regnum Caelorum. Eam v. quia in se non inveniunt, fi-  
 de quærunt, & apprehendunt in impletione legis à Christo pro  
 nobis præstitâ. Deinde est & esse etiam debet justitia operum in re-  
 natis, propter interiorem renovationem Spiritus abundantior, quàm  
 justitia carnis in Pharisæis; sed quia etiam renati, licet in mente sen-  
 tiant Legem Dei, carne tamen serviunt Legi peccati Rom. VII. 25. i-  
 deò per & propter opera sua; quia imperfecta & immunda sunt, non  
 possunt ingredi in regnum caelorum. Sed in hac questione, ut in-  
 gredi possint regnum caelorum, non ad justitiam carnis Pharisæo-  
 rum, nec ad spiritualem suam imperfectam obedientiam, sed ad per-  
 fectissimam justitiam Christi fide confugiunt. De ipsis verò re-  
 nato-*

nato-

ANNOTATA

natorum operibus in sequentibus dicendum erit. Phariseorum v. figmento de mandatis minimis, Christus opponit unum jota & unum apicem: ut ita quàm fortissimè neget, esse quaedam mandata in Lege ita minuta, quæ DEUS non multum curet, quorum etiam, quamvis non impleantur, non sit ratio habenda, in statuenda justitia Legis coram Deo. Huic B. Chemnitii explicationi, utpote è textûs penetralibus derivatæ, meritò acquiescimus: quem sequitur etiam Schlüsselburgius Catal. hæc. l. VII. de Majorist. p. 463. B. Meisner. B. Hulsemannus, B. Glassius cum plerisq; aliis Ecclesiæ nostræ Doctoribus: de solâ imputatâ Christi justitiâ, ad introitum in regnum cælorum necessaria hic adserta.

Sed ut revertamur ad Grotium: innocentiam Pharisæicam, quam Christum contrà receptam tunc sententiâ adserere censet, è Paulo Pharisæica sectæ quondam addicto, qui Gal. III. 16. (dicere voluit Phil. III. 6.) ait, eo tempore vixisse se inculpatum, quod justiti-  
 am eam attinet, quæ est in lege, repetit: per legem intelligens eam, quam in cognoscendis causis Hebræi iudices sequi tenebantur, qui neq; animum poterant introspicere, neq; vero ad puniendâ omnia secus facta sed ea duntaxat, quæ societatem civilem præcipuè lederent, potestatem acceperant: quam legem factorum ab Apostolo vult dici. De quâ postea ita differit p. 73. innocentia illa factorum habebat suam δικαιοσύνην, sed apud homines. & proderat ad temporalem felicitatem. At regnum cælorum à DEO spiritu, non isti corporali innocentie, sed spiritali justitiæ erat destinatum, cujus fons est fides vera quæ in animo sita est. Nam lex illa exterius spectata non poterat τελειῶν τὴν συνείδησιν Hebr. IX. 9. Sed proderat πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα ibid. 13. Ex hoc pernicioso errore illud etiam sequabatur, quod cum facta illa externa crederent non minus apud Deum, quam apud homines sufficere, de serio expetenda peccatorum remissione non erant solliciti, neq; verò expurgandis animis; extirpandisq; vitis illis, quæ inter homines dissimulari solent, operam navabant: neq; Messia tali opus sibi putabant, qui medicinam afferret ei parti quam ipsi egrotare non sentiebant. Et hoc est, quod multis locis Christus illis exprobrat, & Paulus ad Romanos epistola, dilucidè ostendens

Phil. III. 6.

AD MATTHÆUM

stendens hoc esse illis exitiale, quod DEi justitia, quæ est spiritalis, se non subjicerent, quærentes stabilire suam quandam, hoc est humanam justitiam. In quâ sententiæ Pharisæicæ explicatione id imprimis desideramus, quod justitiam suam, quam stabilire voluerunt Judæi, cui Paulus justitiam Dei, quæ ex fide est, opponit, restringat ad factorum innocentiam: & legem factorum de judiciali vel forensi lege, quam in cognoscendis causis Hebræi judices sequi tenebantur, explicet, ejusque solum respectu Paulum se ἀνεπιτηλον inculpatum fuisse Phil. III. 6. testari existimet. Quia oppositio justitiæ DEi & fidei ac justitiæ propria, & legis adæqvata est, atque ita instituitur ab Apostolo, ut hujus nomine non solum externam operum innocentiam aut factorum, quæ in judicium humanum vocantur, justitiam intelligat, sed quamcunque legis observationem, quanta ab homine post lapsum præstari potest. Illius a. nuncupatione justitiam & obedientiam Christi nostri vice præstitam designat: de quo in vindiciis Epistolarum Paulinarum, cum DEo. Neque cum Pharisæis ipsi tantum res est; sed etiam cum Pseudo-Apostolis, qui justitiam operum urgebant, & ita adserit justitiam ex fide, ut à justificationis, & salutis causâ opera non externa modo, sed interna, & quicquid ad legem pertinet, excludat. Fallitur etiam Grotius, cum legem factorum passim Apostolum discriminis causâ eam vocari dicit, quam in cognoscendis causis Hebræi judices sequi tenebantur: siquidem ne unicum proferre potuerit locum Apostolicum, ubi sic vocetur lex factorum: neque in vulgatâ versione appellatio illa occurrit, nisi semel tantum Rom. III. 27. ubi in Græco est νόμος ἔργων, & manifestum est imprimis respici legem moralem, atque immediatè, & adæqvatè opponi legem operum, & legem fidei: adeoque illic opera quæcunque, non externa tantum, sed etiam interna, hic v. fidem in Christum intelligi, cui justificatio ita adscribitur, ut opera universim omnia excludantur, soli que fidei justificatio tribuatur. Nec verò tantum Apostolus inculpatum se fuisse, quæ causas ad forum, & judicium pertinentes, ait, Sed generaliter, quæ justitiam, quæ in lege requiritur, moralem simul legem complectens, quæ tamen Pharisæicis præjudiciis impeditus pravas cupiditates

¶

ditates

*ditates prohiberi non credebat. Assumuntur & alia precario à Grotio, utpote, quod lex dilectionis non veniat ex certo prescripto, sed ex ubere animi bonitate (quod aperte repugnat legisperiti declarationi Luc. X. 27. traditæ;) quod pena nulla talibus preceptis de Deo ex animo diligendo & primis cupiditatibus vetandis disertè apposita fuerit; (in quâ hypothesi immemor fuit Grotius maledictionis divinæ, omnibus indictæ, qui non permanent in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis Deut. XXVII. 26.) Deniq; quod precepta talia Judæi in consilij magis partem, quàm in legis necessitatem interpretati sint: aut certè partim quotidianis victimis, partim annuo sacro piaculari ita putarint eas labe expurgari, ut nulla earum memoria apud DEUM restaret: in quo posteriori de expiatione nullus error, quâ eos, qui verâ fide offerebant victimas, & expiationem annuam instituebant: quum DEUS passim testatus sit, iisdem remissionem peccatorum factam. cum a. remisit Deus peccata, eorum memor amplius esse non vult, Es. XLIII. 25. XLVI. 23. Jer. XXXI. 34. Matth. VII. 18. 19.*

V. 20. ἢ μὴ εἰσελθῆτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ἔργων.

*Textus* „ Βασιλείαν τῶν ἔργων, ut jam diximus, diversas habet notio-  
*Grotij.* „ nes. Hic tamen non de doctrina aut cœtu piorum, sed de premiis æ-  
 „ ternis has voces accipi æquisimum est: primum quia ferme ubicunq;  
 „ in his libris invenitur regnum cœlestis junctum intrandi verbo, gloria  
 „ illa cœlestis intelligitur Matth. VII. 21. XII. 3. XIX. 23. 24. Marc.  
 „ X. 23. 24. Luc. XVIII. 24. 25. Joh. III. 5. Act. XIV. 22. In quibus  
 „ locis ut in hoc nostro, tacita est allusio ad comminationes illas in lege:  
 „ Non intrabitis in terram. Num. XIV. 30. Psal. XCIV. 11. De-  
 „ inde quia in ipsius sermonis continuatione Christus τὴν βασιλείαν ἔ-  
 „ γεινῶσθε εἰσελθεῖτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ut palam videre est apud Marcum IX. 47. Hi-  
 „ eronymus adversus Pelagium, qui dixerat regnum cœlorum in Veteri  
 „ Testamento repromitti perspicuum esse inquit regnum cœlorum prio-  
 „ rum in Evangelio predicari cui convenit illud Chrysostomi. Legens  
 „ legem, legens Prophetas, legens Psalterium, nunquam regnum  
 „ cœlorum audivi nisi in Evangelio. Quibus consentit Augustinus  
 „ Deniq; quod non temerè dixerim, nescio utrum quisquam in il-  
 „ lis

AD MATTHÆUM

lis libris inveniet nomen regni cœlorum, quod tam crebro nominat Dominus. Et hoc quidem dictum sit quod vocem ipsam at-  
 tinet. De re verò ipsa agens adversus Pelagium Augustinus in li-  
 bro de gestis Synodi Palestinae, distinguit nomen veteris testamenti :  
 nam eo intelligi ait aut pactum illud quod in monte Synai factum  
 est ; aut omnia quæ in Mose & Prophetis continentur. Pactum in  
 Sinai monte factum, quod & sæpe legem vocant, promissa dicit ha-  
 buisse terrena, & quidem terrena tantum quod sæpe probat verbis  
 Pauli ad Galatas III. 12. qui fecerit ea, ( scilicet opera legis ) vivet in  
 eis, id est, habebit premium ne ista morte moriatur, ne lapidationem  
 gladium vel aliquid huiusmodi patiatur. Nihilominus fatetur &  
 Augustinus & Christiani scriptores alij, etiam legis tempore non de-  
 fuisse qui majora terrentis bonis sperarent. Sed hoc haustum ajunt  
 non ex lege sed ex patribus, quibus Deus multis indicijs spem majoris  
 boni fecerat: in quo indiciorum genere non minimum est & illud,  
 quod multi eximie boni terrestris felicitatis expertes vixerunt, quod  
 argumentum latè prosequitur scriptor ad Hebræos cap. XI. Addunt  
 ijdem scriptores terrena illa promissa data legi operum : signa fuisse  
 eorum bonorum, quæ legem Spiritus sequebantur, sed hoc intellectum  
 à paucis: qui scilicet, quanquam veteris testamenti tempore vixerunt,  
 ad gratiam tamen pertinebant eam quæ novi testamenti temporibus  
 revelata est. Philo in historia legationis suæ: ἡ δὲ ἐν ἐταρῶν φησὶ  
 ἔδ' ἐνησκήθη τοῖς ἰσραηλῶσι χάριμασι ἐλπίδων εἰσι πλήρεις οἱ ὄν-  
 τως εὐγενεῖς. Καὶ οἱ νόμοι τοῖς εὐτυχεύουσιν μὴ χεῖλεσιν ἀ-  
 κροῖς ἐλπίδας ἀγαθὰς δημιουργοῖν. Josephus Albo Judæus hac  
 de re disputans ait, diserte quidem in Mosis lege non promitti spiritua-  
 alem felicitatem: sed signis tamen quibusdam & involucris eam in-  
 dicari: idq; factum quia lex non tantum data est doctis & sapienti-  
 bus, sed universo populo, in quo rudes perspicacioribus erant permix-  
 ti, quare in communi promulgatione ea poni debuisse, quæ ab omni-  
 bus percipi omniumq; animos movere possent. Esse autem ejusmodi  
 ἀπὸ τῆς αἰσθητικῆς cum τῶν νοητικῶν apud sapientes tantum valeant, vulgi autem  
 iudicio ne credibilia quidem videantur. Neq; tamen per hæc rudi-  
 menta exercitijs via erat adempta profectus melioris. Aderant quip-



pe Propheeta, qui obiecta evolverent, & singulis tantum aperirent quantum capius ipsorum & utilitatis ratio ferebat. In publicis autem concionibus Propheeta ac sapientes ita loquebantur, ut nec in contentum adducerent arcana sanctionis disciplina, & tamen auditorum attentum ad investigandi sollicitudinem excitarent. Benè Justinus: ὅσα εἶπον καὶ ἐποίησαν εἰ ὡς φησὶν ὡς βολαῖς καὶ τῶν ποῖς ἀπεκάλυψαν, ὡς μὴ ῥαδίως ταπλεῖσα ὑπὸ πάντων νοηθῆναι, κρύπτοντες τὴν αὐτοῖς ἀλήθειαν, ὡς καὶ ποτέσαι τὰς ζητήσασας εὐρεῖν καὶ μαθεῖν. Quem sequitur Origenes contra Celsam VII. Atq; hinc natum arbitror discrimen antiquitus inter Judaeos celebratum, ut ex Josepho, Philone, alijsq; apparet scripta legis & legis vocalis  $\text{לְבַר הַיְהוָה}$  quam &  $\text{לְבַר הַיְהוָה}$  hoc est ὡς ἰδοσιν vocant: utramq; dicentes à Mose profectam: non quod res aliæ fuerint in traditione quam in lege scripta, sed quod ea quæ lege scripta occultius continebantur, studiosis indagatoribus enodaret accurata interpretatio. Et hæc quidem docendi ratio apud populum crassior, limatior apud τὰς ὡς κούψαντας, obtinuisse videtur ad ea tempora quæ Babylonicum exilium sunt secuta.)

*Elenchus.*

*Sentent. veter. de regn. cælorum in V. T.*

Quicquid sit de voce regni cælorum, rem ipsam in Veteris Testamenti libris haberi, non negant pii veteres. De lege hæcenus imprimis inficiantur, ne sc. per legem consequi aliquem potuisse æternam vitam credatur: Hoc enim contra Pelagianos negabant. De quo Primasius in cap. II. ad Gal. Si lex poterat justificare, superflue Christus mortuus est. Erubescant, qui dicunt, quod lex ad regnum miserit. Item cap. III. Hoc audientes conticescant, qui delirant, quod lex quenquam per se ad regnum cælorum transmiserit. Quod enim Pelagius docuit regnum cælorum etiam in Vet. Test. promissum fuisse, ita accipiendum, quemadmodum Cælestius idem tradidit, cujus hæc fuit sententia: Legem sic mittere ad regnum cælorum quemadmodum Evangelium. Quod S. Prosper sic expressit libr. ἀχαριστων.

connectit & illud

Idem auctor, quod lex ita sanctos miserit olim Cælorum in regnum, sicut nunc gratia mittit.

De



AD MATTHÆUM

De quibus conferendus est *Vossius* l. III. part. II. *Histor. Pelag. Sententia*  
 rh. X. Et loquitur *Augustinus* circumspectè de gestis Palæstinae *Augustini*  
 c. V. in monte Sinai promissa terrena ad VETUS TESTAMEN-  
 TUM PROPRIE pertinere. Pertinent enim promissa cœlestia  
 PROPRIE ad Novum Testamentum, quia ita comprehenduntur  
 ut gratia eadem consequendi simul nobis promittatur, quum in  
 VETERI TESTAMENTO, etiamsi comprehensa eadem fuerint  
 gratia illa consequendi promissa non sit. Distinguenda adhæc  
 lex cum promissis, quæ lege comprehenduntur, cum de lege mo-  
 rali sermo est, quæ spectantur secundum usum, quæ vocant, Politicam  
 vel etiam moralem & didacticam, qui ipsi proprius est, & proprie  
 ad Vet. Test. pertinet, quo respectu legem tantum complent pro-  
 missa terrena, quod qui eam hactenus custodiunt, ut politia, &  
 disciplina externa conservetur, ac vita juxta eandem, quantum  
 per hanc infirmitatem licet, instituat, illis nec pœna ejusmodi  
 politica, aut temporalis quæcumq; metuenda sit, & præmium ter-  
 renæ felicitatis promittatur. Quando verò lex spectatur quo-  
 ad usum pedagogicum, qui ipsi accidentalis est, & *χρῆσις* simul in-  
 volvit ad Novum Testamentum, tum lex rigorosè exigit perfectam  
 sanctitatem & obedientiam, non externam modò sed internam o-  
 mnium cogitationum & motuum cordis, & quam eam non in-  
 veniat in ullo mortalium, condemnat & concludit omnes sub  
 maledicto, ut ita cogantur quærere illum per quem unicè libe-  
 rantur à maledicto: quibus proinde sit Pædagogus ad Christum: *Quomodo*  
 ibi certum est legem promittere ipsummet æternam vitam, sed *proprie ad*  
 illis, qui legi talem obedientiam præstant, non ut per legem eam *N.T. per-*  
 consequantur, sed ut intelligant, se per legis observantiam eam *tineat*  
 consequi non posse; sed unicè per Evangelium fide apprehen- *Promissio*  
 sum adipisci. Quo pacto ad *Novum fœdus* pertinet proprie *vite vite eter-*  
 æternæ promissio cum effectu sc. *spectata*. non ad Vet. Test. atq; *ne*  
 eo sensu regnum cœlorum in Vet. Test. repromissum non est. Si  
 absolutè spectatur lex, per se quidem ea vitam operatur, si serve-  
 tur, per accidens enim operatur *inimam & mortem*, non quæ data, sed  
 quæ non servata, non suo vitio, sed nostro. Quæ veterum fuit sen-  
 tē-

tentia. Ita enim *August. l. II. poster. contra Jul. c. XCVIII. Aude* (hoc) dicere, cum dicat *Apostolus*, quia in lege nemo justificatur, cum dicat *Apostolus*, lex subintravit, ut abundaret delictum, cum dicat *Apostolus*, si data esset lex, quæ posset vivificare, omninò ex lege esset iustitia, sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide *Jesu Christi* daretur credentibus.

Porro qui legis tempore *majora terrenis bonis* sperarunt, non ex *indicijs* tantùm quibusdam ea concluderunt, quæ à paucis intelligi quiverint, quasi *sub signorum involucris* solùm proposita fuerint, sed ex *promissis divinis*, iisq; assertis, & luculentis satis habuere, quæ non solum sapientibus & perspicacibus quibusdam potuerint cognosci, sed omnibus satis luculenter proposita fuerint, eâ fini, ut ab omnibus sulciperentur. Hæc non unius aut alterius Doctoris. Sed *catholica est Patrum sententia de promissionibus Evangelicis in Scripturis Vet. Test.* ut hic non opus habeamus attendere cœcis *Judæis Josepho Albo.* aut similibus, sed *Ecclesia Catholica*, imò *Scripturæ ipsi*, quæ *tanquam lucerna in loco caliginoso* lucet, teste *Petro 2. Ep. I. 19.* non autem in hisce ad fidem salvificam omnibus necessariis, obscura aut tenebricosa est. Quomodo enim fide apprehendi potuissent ab iis, quibus salutis causa credendæ propositæ sunt promissiones Evangelicæ, si tamen obscuræ fuissent? Ideò cum in *Concilio Diospolitano Pelagio* objiceretur, quod dixerit, *etiam in Vet. Test. promissum fuisse regnum cœlorum* (eo quem designavimus sensu) is verò ita se defendere: *Ego verò Scripturarũ auctoritatem secutus dixi, quoniam in Propheta Daniele scriptum est & accipient sancti regnum altissimi: eo audito respondit Synodus: Neq; hoc alienum est à fide ECCLESIASTICA.* Et *S. Augustinus* de gestis Palæstinis c. V. *Non esse hoc alienum à fide catholicâ* monuit (promissam esse vitam æternam in *Vet. Test.* secundum hanc loquendi consuetudinem, quæ *universæ Scripturæ canonice ante incarnationem Domini ministrante Veteris Testamenti* appellatione censentur. De quo etiam *Augustinus* contra duas *Epistol. Pelag. I. III. cap. IV.* *Quis CATHOLICUS dicat, quod nos dicere jactitant Pelagiani, Spiritum*

AD MATTHÆUM

ritum S. adiutorem in Vet. Test. non fuisse. An verò illum ad Te-  
 stamentum novum negabimus pertinere, qui dicit: Cor mundum  
 creavit in me Deus & Spiritum rectum in nova in visceribus meis  
 &c. Sive igitur Abraham, sive ante illum iusti, sive post eum  
 usq; ad Moysen, sive ceteri Prophetæ post eum, & sancti homi-  
 nes Dei usq; ad Johannem Baptistam, filii sunt promissionis gra-  
 tiæ secundum Isaac filium non ex lege, sed ex promissione hære-  
 des Dei, cohæredes Christi. Absit enim ut Noe iustum & prio-  
 ris temporis iustos, & quicumq; ab illo usq; ad Abraham iusti  
 esse potuerunt vel conspicui, vel occulti, negemus ad supernam  
 Hierusalem, quæ mater nostra est, pertinere. Tempore igitur  
 Vet. Testam. Spiritum Sanct. in eis, qui etiam tunc secundum I-  
 saac promissionis filii erant, non solum adiutorem quod isti (Pe-  
 lagiani) suo dogmati sufficere existimant, verum etiam largito-  
 rem dicimus fuisse virtutis.

Hæc omnia Augustinus, quæ luculenta satis, atq; perspicua  
 sunt: Quibus omninò consonat Hieronymus libr. II. Comment. in  
 Epist. Gal. c. VI. Quomodo omnes in Protoplasto Adam nec-  
 dum nati moriuntur, ita & omnes etiam hi, qui ante adventum  
 Christi nati sunt, in secundo Adam vivificantur. Atq; ita fit, ut  
 & nos legi servierimus in Patribus, & illi gratiâ salventur in fi-  
 liis. Iste intellectus Ecclesiæ catholicæ convenit, quæ & veteris  
 & novi Testamenti unam adserit providentiam, nec distinguit  
 in tempore, quos conditione sociavit. Hæc etiam Hierony-  
 mus: sic ergò non paucis tantum nonnullis illa exposita fuere de  
 vitâ æternâ, neq; extraordinariè paucis solum Sp. S. datus, sed o-  
 mnibus divinæ promissiones fuere palam propositæ, quas o-  
 mnes fide suscipere tenebantur, donumq; Sp. S. ceu largitoris vir-  
 tutis omnibus fidelibus commune fuit. Neq; verò conveniebat  
 hoc officio Prophetarum nonnullis hæc occultare, qui omnibus  
 potiùs voluntatem Dei patefaciebant, imprimis in negotio æ-  
 ternæ salutis Es. XLV. Jer. XXXI. c. XIX. & XXXIII. & alibi  
 passim.

Quod vero de involucris & pambolis Justinus habet, loci Justi-  
 ni.

Explicatio

loci Justi-  
 ni.

## ANNOTATA

non omnibus expositis, non concernit promissiones spirituales de remissione peccatorum, & vitâ eternâ, sed vaticinia de futuro Ecclesie statu, diversis enigmatibus cypis, figuris, & parabolis proposita, quorum pleraq; tamen exposita fuere luculenter. Quæ vero de *De Caba-* Cabalâ Judæorum inserit Grotius in gratiam, ut apparet, *Cabale,* *la Judæor.* vel *traditionis non scriptæ Papistarum*, neque ad rem facit quicquã, & dubiæ ac incertæ sunt originis ac veritatis. Nam Cabalam *Ju-* *dæorum* alii aliter explicant. *Cabala* vel *divina* est, qualis fuit tum *non scripta* tempore *Patriarcharum* oralis institutio à Deo accepta per *πατέρες καὶ γέροντες* traditionem propagata, tum *scripta*, utpote cum *Talmudistæ* scripta prophetica *Cabale* nomine indigent; vel *humana*, genio humano conficta, qualis est tum quam jactant Judæi, utpote primò *Talmudica*, quam Mosi traditam in monte Sinai fingunt Judæi, & in unum corpus sub titulo *תלמוד*, redactam maximopere venerantur, quæ partem Talmudis constituit, & legem *אֲשֶׁר פָּקַד בְּיַד מֹשֶׁה* (in Mosè sc. non scriptam sed traditam de cultus Levitici administratione, Reipubl. gubernatione, totiusq; Judaismi pleniori explicatione concernit. Deinde *Symbolica*: quæ magnam partem in singulari combinatione, numeratione & revelatione Alphabetariâ sita est, & *Theoretica* sed vana prorsus est ac superstitiosa. Tertiò *Cabala præctica*, quæ cum horrenda profanatione verbi Dei conjuncta est, & occupatur circa *exorcismos*, *amuleta* & *ἀμύθητα*, & origo est omnis<sup>o</sup> *Dæmonolatriæ* judice *Grafero* Exerc. II. in cap. IX. Dan. & *Dn. V. Müllern* in *Rabbinismo* p. 15. tum denique, quam *Judæis* acceptam referunt nonnulli è *Christianis*, utpote *traditio de mysteriis expressè in Scriptura veteris Testamenti non contentis neq; omnibus palam propositis*. Qualem hic etiam Judæis tribuit Grotius, & ad eandem pertinuisse putat *doctrinam de regno cælorum*, vel *vitâ. æterna*. Sed etiam inter *occulta* fuisse, non populo, sed perspicacioribus tantum tradita falsissimum est; neque ullo documento constat, talia mysteria, quæ ad æternam vitam spectant, usque ad *Esdram* oretenus propagata, & studiosè rudibus à prophetis occultata fuisse. Originem illa opinio trahit è *libro fabuloso*, qui *Esdra* affingitur, & *quartus*

*Esdra*

## AD MATTHÆUM

*Esdras* dicitur; primarius hujus, ut patet, fabulæ propugnator fuit *Picus Mirandulanus* in Apolog. p. 82. Verum postquam à *Babylonicâ* captivitate restituti per *Cyrum* sub *Zorobabele* instaurato templo ad reparandam legem animum appulerunt, *Esdras* tunc *Ecclesiæ* præfatus, post emendatum *Moseos* librum eum plane cognosceret per exilia, cades, fugas, captivitatem gentis *Israëliticæ*, institutum à majoribus morem tradendum per manus doctrinæ servari non posse, futurumq; ut sibi divinitus indulta celestis doctrinæ arcana pervirent, quorum commentariis non intercedentibus, durare diu memoria non poterat, constituit, ut convocatis, qui tunc supererant, sapientibus, afferret unus cujusq; in medium, quæ de mysteriis legis memoriter tenebat, adhibitisq; notariis in septuaginta volumina, tot n. fere in synedrio sapientes, redigerentur. Quæ de re qui mihi non credunt, audiant *Esdras* ipsum sic loquentem: Exactis (4. Es. 14. 46.) 40. diebus, locutus est altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palam pone, legant digni & indigni: novissimos autem septuaginta libros conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo: In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen atq;ve ita feci. Hæc *Esdras* ad verbum. Hi sunt libri scientiæ *Cabale*, in quibus merito *Esdras* venam intellectus, id est, ineffabilem de substantiali Deitate Theologiam, sapientiæ fontem, id est, de intelligibilibus, Angelicisq; formis, exactam *Metaphysicam* scientiæq; flamen, id est, de rebus naturalibus firmissimam *Philosophiam* esse, clara imprimis voce pronuntiavit. Hi libri *Sixtus*, quartus *Pontifex*. *Max.* qui hunc, sub quo vivimus feliciter, *Innocentium* octavum, proximè accessit, maximâ curâ studioq; curavit, ut in publicam fidei nostræ utilitatem *Latinis* literis mandarentur, jamq; cum ille decessit, tres ex illis pervenerant ad *Latinos*: hi libri, apud *Hebræos*, hac tempestate tanta religione coluntur, ut nemini liceat, nisi annos quadraginta nato, illos attingere. Hos ego libros nō mediocri impensa, mihi cū comparassem, summâ diligentia indefessis laboribus cū perlegissem, vidi in illis (testis est *Deus*) religionē non tam *Mosaicā* quam *Christianā*, ibi *Trinitatis* mysteriū, ibi *verbi* incarnatio, ibi *Messie* divinitas, ibi de pecca-

ANNOTATA

to originali, de illius per Christum expiatione, de caelesti Hierusalem, de casa daemonum, de ordinibus Angelorum, de purgatorijs, de inferorum pœnis, eadem legi, qua apud Paulum & Dionysium, apud Hieronymum & Augustinum quotidie legimus. Sed quis fidem habebit rhapsodiæ illi, fabulis refertissimæ, quæ sub Esdræ sancto nomine venditatur? Et quinam sunt illi LXX. libri, qui sapientibus tantum commendandi fuerint? Quærit Hottingerus in The-saur. Phil. l. i. c. 3. ubi umbra? ubi apex, ubi conjectura doctrinæ hujus Kabbalisticæ? Pharisei, penes quos clavis erat scientiæ, quoq; δευτερογῶται propterea dicuntur, quod Traditiones majorum suorum indefide studio propagarunt, ipsi illis mordicus ad-hærentes; nulla doctrinæ hujus Kabbalisticæ vestigia nobis o-stendunt. Nempe Novo Testamento & Christi adventui verâ Kabbala & salutaris mysteriorum ἀποκάλυψις erat reservanda. Ipsi Apostolorum caligabant aliquam diu oculi. Paulus ἀπε-βεσῆσαν Judæorum secutus hæresin, & ad pedes Gamalielis, viri in omni disciplina Hebraica politissimi, educatus tum demum θεοδιδάκτος verâ didicit Kabbalæcum suâ didicit Nec immeritò de his. Cornel. Agrippa de Vanit. scient. c. 47. Quod si Kabbala hæc (quod Judæi jactant) à Deo profecta ad vitæ perfectionem, ad hominû salu-tem, ad Dei cultum, ad intelligentiæ veritatem conducere, profe-ctò Spiritus ille veritatis, qui repudiat à synagogâ, venit nos docere o-mnem veritatem, hanc usq; in hæc postrema tempora suam non celas-set Ecclesiam, qui profectò omnia novit, quæ sunt Dei, cujus benedi-ctio, baptismus, cæteraq; salutis sacramenta revelata & profecta sunt in omni lingvâ. Et quomodo occulta esse potuere Judæis do-gmata coelestia de vita aeterna, & resurrectione mortuorum, quæ in ipsis Scripturis Vet. T. satis luculenter exposita sunt, & à Judæis ipsis adversus Sadduceos ex iisdem defenduntur, ut ex libris Me-nassis Ben Israël de resurrectione mortuorum notum est.

Sed quum Grotius, rei evidentiâ convictus, negare id ne-quiverit, in Prophetis illa exposita esse, discrimen commentus est temporum & Scriptorum sacrorum ante, & post Babylonicum exi-tium. In his enim posterioribus tradita illa esse fatetur; in prio-ribus

AD MATTHÆUM

ribus autem expresse ea promissa esse, negat, ac causam, cur ini-  
 stis tradita sint, hanc comminiscitur, quod tum gravioribus per-  
 sequutionibus obnoxius fuerit populus. *Tum verò, inquit, gra-* *Sententia*  
*vi periculo imminente, ne populus solitus ea tantum audire, quæ in* *Grotii.*  
*sensum caderent, ablato splendore Judaici imperij, gemens sub exter-*  
*no dominatu, damni, cruciatus, mortis deniq; metu sollicitus defice-*  
*ret à Judaismo, primus omnium Daniel de resurrectione egit aper-*  
*tius, confirmans populum spe restitutionis in statum meliorem τῆς*  
*ὑπερίσθησεν ἀναστάσεως, ut loquitur Scriptor ad Hebraeos. Danie-*  
*lem secutus Ezechiel, Ad quos respiciens Scriptor paraneseos ad Gra-*  
*cos, inter opera Justini, quæ de iudicio post hanc vitam habet Plato,*  
*ait è Prophetis hausta. Hinc incipiunt sapientes, quos חכמים*  
*vocant, qui humanitùs, non divinitus eruditi, Prophetis, sed impari*  
*auctoritate, successerunt. Hi quoq; necessarium judicarunt, ex Danie-*  
*le populum adversus tentamenta pramunire, quod fieri satis non po-*  
*terat, nisi palam Dei causa morientibus proposita spe vitæ melioris. I-*  
*taq; ea tum doctrina velut è latebris educatæ certis vocibus obsigna-*  
*ta est. Hinc illi Taciti de Judæis: animas prelio aut supplicijs per-*  
*emptorum æternas putant. Hinc moriendi contemptus. Numenius*  
*quoq; libro primo de Bono, inter nationes Platoni de animarum im-*  
*mortalitate consentientes posuit Brachmonas, Judæos, Ægyptios.*  
*Neg; verò animarum tantum immortalitatem, sed resurrectionem,*  
*id est, quandam corporis recuperationem palam traditam creditamq;*  
*tam ex eo, quem dixit scriptor ad Hebraeos loco, tum ex altero, qui*  
*est Act. XXIII. 8. manifestissimè apparet. Quibus addendi loci illu-*  
*stres duo ex historia Maccabaica lib. II. cap. VII. quorum*  
*prior sic habet: ὁ τῶν κόσμου βασιλεὺς ἀποθανόντας ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν*  
*αἰτῶν νόμων εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει: alter ve-*  
*ρὸ ἴτα: οἱ μὲν γὰρ νῦν ἡμέτεροι ἀδελφοί βραχὺν ὑπενέγκαντες*  
*πόνον ἀνείς ζωῆς. Ἐπὸ διαθήκην Θεῶν πεπρωμένον. Statum piarum*  
*animarum post mortem, ab horto illo, in quo Adam initio constitu-*  
*tus fuerit עֵדֶן Hebraicè, Græcè Ἔδουσον appellarunt, ut apud*  
*Philonem etiam Josephum videre est. At statum post resurrectio-*  
*nem excellentiori vocabulo dixerunt Hebraicè מלכות אלהים aut*



ANNOTATA

בַּיָּמֵינוּ הַזֵּה *Græcè βασιλείαν τῆ Θεῶ, aut βασιλείαν τῶν ἔργων ὧν, quo pertinet inter cætera locus ille Simachide; δίκαιοι δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσι, καὶ ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν, καὶ ἡ φρόνησις αὐτῶν ὡς ἂν ὑψίστω διατῆτο λήψοντα τὸ βασιλεῖον τῆς εὐπρεπείας καὶ τὸ διάδημα τῆ καλλιῆς ἐκ χειρὸς κυρίου. Hoc dogmate animati Maccabaicis temporibus plurimi pro legis studio exquisitissimas mortes pertulerunt, ut illorum temporum annales nos docent, & à scriptore ad Hebræos sapienter annotatum est. Et Chaldeus Paraphrastes ad Genesim, qui ante Christum fuisse creditur, iudicii post hanc vitam, tum alibi, tum Abelis historia apertam facit mentionem. Hac Grotius.*

*An manifesta solent ob pericula & mala sustinendi?* Sed fallitur in eo omninò quod creditur, *solum ob pericula & mala sustinenda* manifestata esse illa cælestis doctrinæ capita, si- qvidem vita æterna etiam *ante lapsum*, ubi in statu integritatis nulli expositi erant Protoplasti calamitati, promissa fuerit, si legem Domini servassent, & ad ea pertinent, quæ homini creditu necessaria sint, si salvus esse velit, unde ab omnibus credenda erant, qui à lapsu reparari debuerunt, ad salutem. Nam quia fidem habere debebant in Messia, quod genus humanum, à morte, cui obnoxii erant liberare, vitamq; æternam reparare debuit, non poterat utiq; fides eorum sibi constare, si ignorarunt planè æternam vitam. *Ad fidem certè catholicam* omniumq; temporum pertinuisse articulum *de eternâ vitâ*, nemo Catholicorum in antiquitate dubitavit. Porro falsum esse, quod *primus omnium de resurrectione mortuorum Daniel apertè egerit* vel Judaicus Rabbi *Monasse Ben Israel* convicerit Grotium: ne de *Christo* Sadducæos è *Pentateuchō* Moſis de resurrectione mortuorum convincente dicamus *Matth. XXII.* Et quomodo etiam hoc oraculum *Danielis* non intactum reliquerit, sed pessimè depravarit Grotius, suo loco diximus. Quod de *Ezechielis* vaticinio pariter observavimus. Quibus enervatis, nullum amplius relinquetur in *canonicis scripturis V. T.* de æternâ vitâ aut resurrectione mortuorum (juxta Grotianum sensum) testimonium. Unde ergò *autor libri sapi-*



AD MATTHÆUM

Sapientia, unde martyres Maccabei fidem illam habuere, si in Scri-  
pturis canonicis eadem non fundata est?

Jam quod ad catalogum illum Sanctorum V. T. Ebr. XI. non  
posteriorum temporum fideles solum celebrantur, sed & alii inde  
ab Abele, quod crediderint Deum  $\mu\iota\theta\alpha\pi\omicron\delta\omicron\tau\eta\nu$ , quod præcipue  
gratuitam retributionem alterius vitæ respicit, & ab illâ fide S.  
Patriarchæ commendantur, quod expectarint civitatem manen-  
tem. Neque dubium est S. Patriarchas fidem salvificam & capita  
ejusdem præcipua familiis suis & Ecclesiæ universæ sibi creditæ  
in culcasse, quod de Abrahamo Dominus ipse testatus est Gen.  
XII. 19. ut taceam. quod in ipsa lege vita aeterna promissa fuerit,  
etsi sub conditione perfectæ obedientiæ, interprete ipso et  
Christo Luc. X. 28. Sanctoq; Apostolo Gal. III. 12. de quo ad Lev.  
XIX. diximus.

Quod verò Christus dicitur vitam atq; immortalitatem in  
lucem produxisse per Evangelium 2. Tim. I. 10. de eo ita Grotius hoc  
loco p. 73. Nimirum, sicut inter Græcos Philosophos immortalitatem  
animarum alii asserebant, alii negabant; Socrates verò id tanquam  
in medio relinquebat, quem secutus videtur Aristoteles, multum hic  
hesitans, ut & Latinorum Cicero & Seneca: ita apud Judæos  $\delta\omicron\gamma\mu\alpha$   
tanti ad pietatem momenti erat  $\tau\omicron\upsilon\nu\ \alpha\upsilon\phi\iota\sigma\theta\eta\tau\epsilon\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\nu$ . Agebant  
Pharisæi, sed negabant Sadducæi, quippe nihil recipientes, nisi quod  
totidem verbis in Mose expressum invenirent. Pharisæis contra  
fermè nihil habentibus quo probarent quod contenderent præter ra-  
tionis auctoritatem, inter diversæ scholæ certamina fluctuabant  
multorum animi. De impiorum exitu res erat plane incerta, ut &  
nunc est apud Judæos: Nam alii resurrecturos credebant, contradi-  
centibus aliis. Christus his tam controversis atq; caliginosis attulit  
definitionis suæ lucem, & pœnas impiorum & piorum præmia non  
tantum diuturna, ut multi putaverant, sed & aeterna, & quidem  
non quali acunq; sed quæ in angelorum consortio & Dei ipsius con-  
spicua ac singulari præsentia consistèrent, ut rem certam minimeq;  
dubiam publicè omnibus annuncians. Verum enim verò non à

ANNOTATA AD MATTHÆUM.

Christo demum res illa decisa est de *immortalitate anime*, & *restrictione impiorum*: tradi jam in scripturis V.T. utraq; imò & de *animarum immortalitate* & de *corporum resurrectione* è Scripturis V.T. à Christo ipso adducta demonstratio, quâ convicti Sadducæi Matth. XXII. & Paulus adserens utramque disertè protestatus est se nihil extra Mosen & Prophetas docere. Act. XXVI. 8. 22. Dicitur v. Apostoli *de productâ in lucem vitâ* per Christum, quo sensu capiendum sit, alterum membrum docet, cum dicitur *καταργήσας τὴν θάνατον*. Nimirum ut destruxit mortem per mortem suam, ita redivivus à morte propter justitiam nostram, illuminavit vitam & immortalitatem per Evangelium suum, ceu *reparatam* vel *acquisitam* humano generi. Quam *ἐπαγγελίαν* seu promissiones in Veteri Testamento reparatum iri docuêre, eam reapse esse reparatam per Christi mortem, & resurrectionem *εὐαγγέλιον* perhibet, ac testatur, eoqve pacto vitam & immortalitatem nobis illuminat. Adde, quod illa tanto lumine non coruscarit, anteqvam ingrediens Sanctum Sanctorum Pontifex Novi Test. æternam redemptionem invenerit, ac *παρρησιάν* nobis fecerit ingressus in sanguine suo, quum *ἐνεκάνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρὸς Θεόν, καὶ ζῶσαν διὰ τὸ καταπεπεσάμεθα ἐν τῇ σαρκὸς αὐτοῦ* Heb. X. 20. Quapropter luculentius in Novo Testamento æternam vitam esse à Christo & Apostolis propositam, atqve in gloriosâ resuscitatione ejus velut *πρὸς ὄμμα* ostensam beatam resurrectionem, nullum est dubium: non negandum tamen, eandem in V.T. ita, ut à fidelibus potuerit suscipi propositam esse, siquidem fides sine vitæ æternæ notiâ non fit fides.



05 A 1218


ULB Halle 3  
003 764 702



1017







I. N. J.  
ANNOTATA ANTI-GROTIANA  
A D  
**MATTHÆUM,**  
CAPITIS QVINTI PERICOPAM PRIMAM,  
à. Vers. 1. ad Vers. 21.  
CONCERNENTIA,  
DE QVIBUS  
PRÆSIDE

VIRO  
*Summè Reverendo, Magnifico & Excellentissimo*  
DN. ABRAHAMO CALOVIO,  
SS. Theol. Doctore, ejusdemq; Prof. Publ. celeberrimo,  
Ecclesiæ Witteberg. Pastore vigilantissimo, Consistorii Adfessore  
gravissimo, Circuliq; Electoral. Saxon. Superintendente Generali  
meritissimo,  
DN. PATRONO ac PROMOTORE ætatem venerando.  
RESPONDENTE

M. JOHANNE NICOLAO JACOBI,  
Vocato Pastore & Superintendente  
Gomerano.

Publica *συμφιλολογία* instituetur  
Ad D. XIII. Augusti, ANNO M. DC. LXIIX.  
*horis matutinis,*  
IN ACROATERIO MAJORI.

WITTEBERGÆ,  
PRÆLO JOHANNIS BORCKARDI, Acad. Typogr.